



AB
37 $\frac{4}{h.8}$



Cb. 479

~~Ms~~

Q. Q.

Script. Rom. in Quarto
N. 44.

II. 26. 14

Genehmigt:
Amt für Volksbildung
Halberstadt
Bestandskommission

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to be organized into several lines.





VIRGILIO-CENTONES

auctorum

notæ optimæ, antiquorum &
recentium

PROBAE FALCONIAE HORTINAE:
D. MAGNI AVSONII, BURDIGAL:
LAELII CAPILVPI MANTVANI:
IVLII CAPILVPI MANTVANI:

Post omnes æditiones Italicas, Gallicas & Germa-
nicas denuò accuratè recogniti & no-
tis illustrati

operâ & studio

Henrici Meibomii VVestphali.

*Accesserunt eiusdem Meibomij Centones aliquot
vno libro comprehensi.*



HELMAESTADII
Excudebat Iacobus Lucius, Anno
M. D. XCVII.

VIRGILIO CENTONES

AVGVSTVS

HOSE OPERVS . . .

LIBRVS

PROBAE VALDORE HOR TINA
DIADE AVONII SYRDIAT
LABE CAPITVI MANTVANI
IVM CAITVVI MANTVANI

Historia . . .



Historia . . .

Historia . . .



HELMSTADII

Excudit Jacobus . . .

M. D. XVII

1757





Nobilissimi antiquissimique
generis

eximijs adolescentibus,

MATTHIAE A SCHVLEN-
BURG, DANIELIS F.

hereditario in Aldenhausen &c.

ET

BVRCHARDO A VELT-
HEIM, ACHATII F.

hereditario in Harpeck &c.

*Optimorum parentum filijs optimis,
equitibus Saxon.*

Academiae Iuliae ciuibus,

hanc Centonum Virgilianorum farraginem

Dicat, Consecrat,

Henricus Meibomius, Poëta
& Philohistor.

A 2

DE



DE CENTONIBVS ET EORVM LEGE.

Aufonius ad Paulum.

CENTO quid sit absoluam: Variis de locis, sensibusq; diuersis, quaedam carminis structura solidatur: in vnum versum vt coëant, aut cæsi duo, aut vnus & sequens cum medio. Nam duos iunctim locare ineptum est: & tres vnâ serie meræ nugæ. Diffunditur autem per cæsuras omnes, quas recipit versus Heroicus: conuenire vt possit, aut penthemimeris cum reliquo anapesto: aut trochaice cum posteriore segmento: aut septem semipedes cum anapestico chorico: aut post dactylum atq; semipedem, quicquid restat hexametro.

Isidorus Origin. lib. i. cap. 38.

CENTONES apud Grammaticos vocari solent, qui de carminibus Homeri vel Virgilij ad propria opera more centonario, ex multis hinc inde compositis, in vnum sarcuntur corpus ad facultatem cuiusque materiae.

Erasmus Adag. Chiliad. 2. cent. 4. prouerb. 58.

Centones dicuntur vestes è variis panniculis ac diuersis etiam interdum coloribus consarcinatæ. Iuuenalis Satyra 6. Intrauit calidum veteri centone lupanar. Ad harum similitudinem, **CENTONEM** vocant carminis genus ex diuersis carminibus, & carminum fragmentis, hinc atq; illinc accersitis, contextum, quasiq; consutum. Græci κέντρωνες appellant, addita litera, quam abijciunt Latini. Exstant adhuc Ομηρον κέντρωνες, quorum meminit & Diuus Hieronymus: & Virgilio-centones Probæ mulieris, & cento nuptia.

ptialis Ausonij, qui legem etiam eius carminis tradit.

Iulius Cæsar Scaliger lib. I. Poëtices

cap. 43.

Haud absimiles Parodiis, quos **CENTONES** vocant. Deducitur enim sensus alius ab sensu pristino versuum: hoc parodiam refert. quorum versuum membra hinc inde collecta quum assuantur, Rhapsodiæ nomen representant, atq; ideo Centones appellati sunt à centonibus, quibus fiunt stragula. Tale apud Ausonium poëma valdè ingeniosum & lepidum, ex frustis Virgilianis coagmentatum. Tale etiam Probæ poëtriæ Christianæ: cui ab opere Centonæ cognomen factum.

Lilius Gregorius Gyraldus de Poët. histor.

Dialog. I.

Sunt qui à Christianis genus hoc conficiendi **CENTONIS** inuentum velint: ego quid hac de re statuam certi nihil habeo. Ductum quidem videri potest id nomen à vili & rusticana veste, varijs & versicoloribus segmentis filisue consuta, cuius imprimis ab autoribus rei rusticæ & rei militaris fit mentio, vt scriptores alios præteream. Tertullianus, certè vir eruditissimus, idem innuit in libro de præscriptionibus aduersus hæreticos: Homeri, inquit, centonas etiam vocare solent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario, ex multis hinc inde compositis in vnum sarciant corpus. at verò alij quidam παρὰ τῆς κενταίξου, quod est inserere, deriuari volunt. alij παρὰ τῆς κεντάου. quippe ferunt centones ita compositos, vt liber ex quo cento conficiendus est, & coagmentandus, totus prius perlegatur, punctoq; si qua pro materia proposita reperiuntur, annotentur: quæ mox collecta in poëmatis corpus redigantur coagmententurue. atq; ab ea, vt sic dixerim, punctuatione ex nostris quidam nominari centonem voluerunt: nam pridem est explorata eorum opinio, qui à numero centenario Centonem dici crediderunt.

A 3

re.

re. Non desunt qui centronas putent legendum esse, quando & Suidas inter cætera κεντρῶν significata, eas ait orationes significare, quæ in diuersum & varium sensum simul commutari & conuerti possunt, ad vnumque finem, & scopum: talia sunt, inquit, homerocentra. Apud Latinos tamen iam vsu receptum est à primis vsq; temporibus, vt centonem tam pro veste & stragula, quàm pro Poëmate dicamus.



IN



IN CENTONES VIRGILIANO'S
HENRICI MEIBOMII POETAE
Cæsarii.

CEntones gaudes cur concinnare Maronis
MEIBOMI, venâ si potes esse Maro?
Sedulus hoc præstas: similes tamen esse Maronis
Complures optas hîc, similesque tui.

*Nicolaus Reusnerus, Comes Palatinus Cæsarius,
Ducibus Saxon. à consilijs.*



In Virgilio=Centones
Meibomianos.

Quid obsecro hîc noui rigente brumæ odoris halat?
Itan' corona plectitur bitortilis Decembri?
Quis auctor? vnde Nais, aut Hamadriæ, Ceresue
Onusta tam fragrantibus deambulat capistris?

*Aue sororum Apollinis, Iouisq; filiarum
In arce ab æuitate primula educate vates:
Tibi hanc referre gratiam subinde nos oportet,
Tui vnusq; soliusq; muneris fateri,
Quod iste Cento versibus tot aureis refertus,*

A 4

Et


Et elegantem & eruditum in ordinem redactus
In horridis dehinc latere desinit tenebris.

Fruatur hoc labore quæso Iulia Hermathena,
Anusq; fama prædicet nepotibus futuris,
Quod appetitu honoris ac pecuniæ relicto
Deabus hisce consecras tua omnia ac te ipsum.

Albertus Clampus I.V.D. & Iuliæ
acad. Professor.




In opus Centonum
HENRICI MEIBOMII.
V. CL.

 ρήσιμα πολλά Βροταΐσιν ἔδωκαν θεοὶ ἀοιδοί,
οἱ καλαΐσαντες ἀγλαὰ δῶρα Φρενῶν.
καὶ γὰρ τῆ σοφίᾳ καὶ εὐφήμεοισι λόγοισι
ὥπασαν ἀγλήεν τοῖς μερόπρασσι Φάθ.
ἔχῃ τιον κλέθ' ἐς ἀνδρῶν, οἱ ἔργα παλαιῶν
εἰς κρινῶν κάραθλῶ χρεῖσιν ἄγασσι νέων.
ὅππῃ ἀρ' ἐν βίβλω ταύτῃ Μειβώμιθ' ἰσός
δείξας τῆς ἡμῆς ἔμμορε εὐαγέθ'.

Matth. Dresserus, Medicina Doctor, & in a-
cademia Lipsensi professor.



CONCINNITATI CENTONVM
Henrici Meibomij, Poetae & historici
clarissimi.

 Emule docte virum qui Phœbo digna loquuti,
Cultor & Historiæ lauru frondente triumphans;
Cur non cœruleo credis tua carbasa Ponto,
Atque linenda Cedro moliris carmina pingui?

Quæ-

Quærat fors aliquis; gestis clarescere Diuûm
Occipis? ast illum, rectene imitarier illos
Haud magnum ducis? rogitò, quos maxima laudat
Turba Poëtarum, nullus quos vicerit vnquam
Carminè VIRGILIVM dico salibusúe disertum.
Flaccum: quem lyrici commendat gratia plectri.

*Arnoldus Freitagius, D. in aula VVolfers-
but. Medicus.*



In Virgilio-Centones Henrici
Meibomij.

DVM PROB ACentones texit; dum nobilis AVSON;
Dum qui Barbaria CEPit uterq; LVPOS;
Ostendunt vsum, quem carmina dia Maronis
Materiis præsent associata bonis.
Quam bene! si rebus sunt consona verba; Maronis
Si verbis Christo & Teutone digna canis,
MEIBOMI quod docte probas, dum reddis in auras
Centones veterum, iungis & ipse tuos.
Maecte vir ingenio! studio dum vincis eodem,
Qua decorat veteres iam tibi palma datur.

Laurentius Rhodomanus, Poeta Lauro coronatus,
Pub. acad. Ienensis Professor.



In Centones Virgilianos
HENRICI MEIBOMII.


VT licet innumeros tellus exulta per annos,
Non tamen hinc frugum desinit esse ferax:
Sic Maro sexcentis largitus plectra Poëtis,
Non tamen ille potens desinit esse Maro.
Non dedignatur decerptis vndique membris:
Vlla nec in totâ vulnera pelle manent.

Quin vt non alium possis sentire, per artem
Sic coit aptatis in sua membra locis.
CENTONEM dixere patres, cui propria rerum
Materies, rebus dat sua verba Maro.
Centonum tuleris nullo discrimine palmam
Virgilij versu Cypria bella canens.
Te quoque MEIBOMI, rerum quodcunque canentem
Mutua sumpta decet Virgiliana chelys.
Quis tibi sic penitus impressit ad vsque medullas
Andæi vatis verba? quis acre melos?
Si viuat Maro: vel tales sibi iuret ademptos,
Vel tibi se tales surripuisse pedes.

Martinus Braschius, Poeta coronatus, academiæ Rostochiensis Professor.




In Centones nobilissimi Poëtæ,
HENRICI MEIBOMII.

ENTONES perhiberis acu sarcire Minerua,
Atq; hominum seclis tradere postgenitis.
Si tua iudicij, MEIBOMI, robora noui,
Quæ tot vulgatis me puto nosse libris:
Plus hi CENTONES possunt ornare Poëtam,
Quàm palmata ducem purpura laurigerum.

*Fridericus Taubmanus, Poeta coronatus,
acad. Vitæb. professor.*



HENRICO MEIBOMIO, poëta Casario,
professori Iulie.

Vem Pegasus curru Poëtam laureo
Duxit semel sublimem; huic adorea
Extollit altius caput, minui decus
Quàm insanientium vt queat conuicijs,

Aut

Aut laudibus bonorum augefcere.
HENRICE, falve! Iulio vernans folo
Arbos: Thalia quem tonantem Vergill
Excelfum opus verfu, lyramúe pollice
Cato mouentem, iam Dijs pridem inferit.
Tutum! vel immeritus malignis dentibus
Carparis, aut, Bonis, quod eft procliue, & vt
Es dignus, ad cœlum vehare encomijs.

*Iohannes Simonius, academiæ Rostochienfis
Professor.*




HENRICO MEIBOMIO P. CAESARIO
acad. I V L I A E Poës, & Histor.
professori.

Diuitis Ingenij vates, quo Nympha superbiz
I V L I A, Casario cinctè decore caput;
Te quoties absens per dia poemata cerno,
Pectore in hoc dico Suada Venusq; sedent.
Nam veterum Genius tecum & genuina venustas,
Cui nitidi & docti sponte fluunt numeri.
Querere fatidicos perplexo anagrammate sensus
Mi labor, at facilis cura iocusq; tibi.
Naso Elegis, Maro es heroo, Venusinus in Odis,
Centone Ausonium Proteus equiparas.
Diuitis ingenij Vates, te iure superbiz
I V L I A, Casario dignus honore cluis.

Præceptor, Promotor, Amico, perpetuâ
animi obseruantia & gratitudine
colendo F.

*Christophorus Donauerus Ratisp. Poeta Lauro coro-
natus, in patriâ verbi diuini minister.*



AD LECTOREM.

DE Centone, eiusq; legibus, ex probatis scriptoribus supra quædam à nobis adducta sunt: restat eorum, qui Centones scripserunt, nomenclationem attexamus. Inuentor primus artificij later. Christianis originem adscriptam meminit Gyraldus, ita tamen, ut certi nihil statuatur. Præter Probæ Centones sacros, & Ausonij epithalamion, à veteribus in hoc genere reliquum nihil. Memoratur tamen Eudocia, cuius Homero-centones etiamnum extant: memoratur Pomponius quidam ab Isidoro lib. Orig. 1. cap. 38. laudatus. Valentinianus quoq; Imp. huiusmodi versibus lusisse ab Ausonio perhibetur. Nostrâ memoriâ Lelius Capilupus Centonibus scribendis inclaruit, & ita inclaruit, ut omnes, tam priores quàm posteriores post se reliquerit. Existimo etiam eundem, ex illis, quos duos Gyraldus nominat, alterum esse. Ottonis Gryphij laborem nemo bonus improbarit, itaq; nostrâ mentione indicandus erat. Plateanus nimium sibi sumpsit, in hac classe vix collocandus. Henrici Alberti Mynsingeri à Frondeck primitias aliquando vidimus, legimus, & probauimus. quem nisi à Musis grauiora abstraxissent negotia, laudem in hoc stadio meruisset. De nostris conatibus nihil dicemus, lectori iudicium permittentes: quem admonendum putamus, poëmatia hæc à nobis diuersis temporibus exarata, & quidem pleraq; in ipsâ adolescentiâ. Plura autem, quam quæ nunc exeunt, exstare nolumus certo quodam innixi consilio. Sufficiant paucula illa iuuentuti, ut imitari nos velit, bonosq; auctores in succum & sanguinem redigere conetur. Satis etiam erunt fame retinendæ, quam non amplis voluminibus sed vel exiguo opusculo acquisitam semel produxisse contentus ero. Atq; hoc exemplo Persij Poeta, eadem die qua ego nati, qui cum posteritati paucula reliquerit sæpius in vno libro memoratur. Quam leuis in totâ Marsus Amazonide. Tu lector benenole vale, & conatibus nostris æquum animum ostende.
ex Museo.



PROBAE FALCONIAE,

Feminæ CL.

Cento Virgilianus,

*Post editiones C. L. V. V. Aldi Manutij Itali, Petri
Brubachij Germani, Henrici Stephani Galli, Iulij
Roscij Itali, & Iohannis Platea-
ni Hedni,*

relectus & emendatus

ab

Henrico Meibomio Lemgouienfi.



A

VETE.



VETERVM SCRIPTORVM ET NON-
NULLORVM RECENTIVM DE PRO-
bâ Falconiâ testimonia &
iudicia.

D. Hieronym. Paulino epist. i. tomo 3.



*Vidam non dignantur scire, quid Prophetæ, quid
Apostoli senserint: sed ad sensum suum incongrua aptant
testimonia, quasi grande sit, & non vitiosissimum docen-
di genus, deprauare sententias, & ad voluptatem suam
scripturam trahere repugnantem: quasi non legerimus
Homerocentones & Virgiliocentones, ac non sic etiam Ma-
ronem sine Christo possimus dicere Christianum, quia scripserit: Iam re-
dit & virgo, redeunt Saturnia regna.*

Isidorus Orig. lib. i. cap. 38.

*Proba uxor Adelphi centonem ex Virgilio de fabricâ mundi, & Euan-
gelij plenissimè expressit, materiâ compositâ secundum versus, & versibus
secundum materiam concinnatis.*

Ioannes Trithemius in catalogo scriptor. Eccle-
siasticorum.

*Proba mulier elegantissima, uxor Adelphi proconsulis Romani, femi-
na in secularibus literis eruditissima, & diuinarum scripturarum non i-
gnara. mirabili studio feruens, sexum vici eruditione suâ, Grecis ac La-
tinis literis ad perfectum instructa, metroq; excellens & prosa, cum Virgi-
lium mente teneret ad verbum, cogitauit ex illius versibus Nouum & Ve-
tus Testamentum describere, & quasi sic ille sensisset suis carminibus de-
monstrare. Aggressa itaq; fortiter opus mente repositum, omnes Virgilij
libros sollicitè percurrens, nunc istum nunc illum versum, aliquando dimi-
dium, nonnunquam particulas minores versuum assumens, mirabili indus-
triâ, seruata ubique mensurâ pedum, catholica volumina Poëtæ carmini-
bus descripsit: hocq; opus, in septingentis fermè versibus comportatum,
preceperat Græco vocabulo VirgilioCentonem.*

Bapti-

Baptista Campofulgosus exemplor. lib. 7. cap. 3.

Proba inuenis Romana, Græcis atque Latinis literis eruditissima fuit: adeo ut Virgilianis versibus truncatis, atque simul ad diuersam materiam contextis, de Christi gestis, morteque opus nobilissimum composuerit: quod à similitudine Centones appellauit: carmine quoque Homérico idem fecisse dicitur.

Iulius Cæsar Scaliger Poët. lib. 1. cap. 43.

Tale etiam (poëma) Proba Poëtria Christiana: cui ab opere Centone cognomen factum.

Lilius Gyrald. de Poët. hist. dialog. 5.

Fuit & Proba Falconia matrona Romana imago, qua Adelphi Romani viri proconsularis uxor fuit. hanc verò floruisse quidam existimant Honorij ac Theodosii iunioris temporibus: quin & Eudocia Theodosii iunioris coniugi Centonem suum misisse, qui miro artificio est concinnatus: ex Virgilianis enim versibus omnem Christi seruatoris vitam explicauit.

Henr. Stephanus in lib. cui titulus Centon. & Parodiar. exempla.

Quæcumque fuerit hæc Proba (de qua quoad sacrum Musis certamen arriuerit dici potuit — audetque viris concurrere virgo) magnâ laude dignam esse iudico, suoque nomine non indignam feminam fuisse arbitror. Atque adeo si postea tot annorum spacia nullus vir huius femina in hoc genere laboris simul & argumenti æmulus inuentus est, id certè gloriam eius apud nos augere multum debet.

Sixtus Senensis Bibliothecæ lib. 4.

Proba Falconia, illustris femina, Adelphi Romani Proconsulis uxor, rari & elegantis ingenij matrona, Græcè & Latinè ad summum erudita, diuinarum literarum amantiſſima, & quasi altera Christianorum Latina Sappho, prima omnium excogitauit ex versibus Virgilij, quem totum memoriâ tenebat, varios utriusque Testamenti locos metricè describere. Excerptis ergo hinc inde ex Virgilij poemate, nunc integris versibus, nunc hemistichijs & hemistichiorum particulis, propositum opus, veluti Centonem ex multis preciosis pannis confutum, seruata Hexametri lege collegit, ipsumque Virgilio Centones inscripsit. Claruit autem sub Honorio & Theodosio iunioribus, circa annum Domini 430.

Ioannes Rauifius Textor in officina.

Proba Valeria Romana puella, Græcis Latinisq; literis eruditissima, truncatos Virgilij versus ad fidem & mysteria Catholica religionis conuertit, fecitq; de Christi gestis, & eius morte opus nobilissimum, quod Centones appellauit.



IVLII ROSCII HORTINI.

I*n signis citharâ celebretur Lesbia Sappho,
Claruit & doctâ quæque puella lyrâ;
Tutamen emineas cunctis Falconia, per quam
Hortanum priscâ religione viget.*

*Cypridis insanos aliæ cecinere furores,
Et damnata Orco numina falsa Deum.
Turcerum artificem canis, auctoremque salutis,
Quæque vetus scribit pagina, quæque noua.*



Pro-



Probæ Falconiæ Hortinæ
fœminæ clarissimæ

CENTO EX VIRGILIO,

In Vetus ac Nouum testamentum.

Ad Honorium Aug. Theodosij Magni F. & Ar-
cadij Aug. Fr.

Romulidum ductor, clari lux altera Solis,
Eoi qui regna regis moderamine iusto,
Spes orbis, fratrisq; decus, dignare, Marone
Mutato in melius diuinum agnoscere sensum
Scribendum famulæ quem iusserat: Hic tibi mundi
Principium, formamq; polos, hominemq; creatum
Expediet limo: Christi hic tibi proferet ortus:
Insidias regis: Magorum præmia: doctos
Discipulos: pelagique vias: gressumque per æquor:
Hic fractum famulare iugum: vitamque reductam
Vnius Ducis auxilio: reditumque sepultæ
Mortis, & ascensum pariter sua regna petentis.

Hæc relegas, seruesque diu, tradasque minori
Arcadio: hæc legat ille tuo generi: hæc tua semper
Accipiat, doceatq; suos Augusta propago.

A 3

Iam

PROBAE FALCONIAE.

Amdudum temerasse duces pia foedera pacis,
Regnandi miseros tenuit quos dira cupido:
Diuersasque neces regum, crudelia bella:
Cognatasque acies, pollutos caede parentum:
Insignes clypeos, nulloque ex hoste trophaea:
Sanguine conspersos tulerat quos Roma triumphos:
Innumeris toties viduatas ciuibus vrbes
Confiteor scripsi. Satis est meminisse malorum.

Nunc, Deus omnipotens, sacrum precor accipe carmen,
Aeternumque tui septemplex ora resolue
Spiritus, atque mei resera penetralia cordis:
Arcana ut possim natis PROBA cuncta referre.
Non nunc ambrosium cura est mihi quaerere nectar:
Nec libet Aonio de vertice ducere Musas:
Non mihi saxa loqui vanus persuadeat error,
Laurigerosque sequi tripodas, & inania vota,
Iurgantesque Deas procerum, victosque penates.
Nullus enim labor est verbis extendere famam,
Atque hominum studijs paruum disquirere laudem.
Castalio sed fonte madens imitata beatos,
Quae sitiens hausi sanctae libamina pacis
Hinc canere incipiam: praesens Deus erige mentem.
Virgilium cecinisse loquar pia munera Christi.
Rem nulli obscuram repetens ab origine pandam,
Si qua fides animis, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & toto se corpore miscet
Spiritus, & quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.

I. *Deprecatio ad Deum.*

AE. 10.	O pater, o hominum rerumque aeterna potestas,	
Geor. 1.	Da facilem cursum atque animis illabere nostris.	AE. 3.
Geo. 2.	Tuque ades, inceptumque vnà decurre laborem,	
AE. 1.	Nate patris summi, vigor & caelestis origo.	AE. 6.
		Quem

VIRGILIOCENTONES.

AE. 11.	Quem primi colimus, meritosq; nouam ⁹ honores.	AE. 8.
Ecl. 4.	Iam noua progenies, omnis quem credidit ætas.	AE. 7.
AE. 1.	Iam memini veterum voluens monumenta virorū.	AE. 3.
Geor. 1.	Munera uestra cano: satis est potuisse videri,	Ecl. 6.
AE. 6.	Moseum ante omnes totum cecinisse per orbem,	Ecl. 3.
Geo. 4.	Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur	
Geor. 1.	Omnia: vt ipse tener mundi concreuerit orbis.	
Geor. 2.	Felix qui potuit rerum cognoscere causas!	
AE. 6.	Vnde hominum pecudūq; genus vitæq; volantū:	
AE. 6.	Et quæ marmoreo fert mōstra sub æquore Pont ⁹ :	
Ecl. 6.	Et si quid simul ignis habet, vel mobilis humor.	Geor. 1.
AE. 10.	Haud aliter primā crescentis origine mundi	Geor. 2.
Geor. 2.	Illuxisse dies, aliumuè habuisse tenorem	
Geor. 2.	Crediderim: maior rerum mihi nascitur ordo,	AE. 7.
AE. 10.	Si qua fidem tanto est operi latura vetustas.	
Ecl. 1.	Namq; (fatebor enim) leuium spectacula rerum	Geor. 4.
AE. 9.	Semper equos atq; virūm pugnasq; canebam,	
Geor. 1.	Et studio incassum volui exercere laborem.	AE. 8.
Geo. 4.	Omnia tentanti potior sententia visa est,	
AE. 6.	Pandere res altā terrā & caligine mersas.	
Geo. 3.	Inq; dies aliquid iamdudum inuadere magnum	AE. 9.
AE. 9.	Mens agitat mihi, nec placidā contenta quiete est.	
AE. 5.	Ore fauete omnes, lætasq; aduertite mentes	AE. 5.
Geo. 4.	Matres atque viri, pueri innuptæq; puellæ.	Geor. 4.

2.

De creatione mundi.

AE. 6.	Principio cœlum ac terras, camposq; liquentes,	
AE. 6.	Lucentemq; globum Lunæ, Solisque labores	AE. 1.
Geor. 1.	Ipse pater statuit, vos ô clarissima mundi	Geor. 1.
Geor. 1.	Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum.	
AE. 3.	Nam neq; erant astrorum ignes, nec lucid ⁹ æther:	
AE. 5.	Sed nox atra polum bigis subuecta tenebat.	
AE. 6.	Et chaos in præceps tantum tendebat ad vmbas,	
AE. 6.	Quantus ad ætherium cœli suspectus Olympum.	

3. De

PROBÆ FALCONIÆ

De diuisione lucis à tenebris.

3.

- | | | |
|---------|--|---------|
| AE. 10. | Tum pater omnipotens, rerū cui summa potestas, | |
| AE. 5. | Aëra dimouit tenebrosum, & dispulit umbras: | |
| Geo. 1. | Et medium luci atque umbris iam diuidit orbem. | |
| AE. 3. | Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo, | |
| AE. 7. | Intentos voluens oculos, quâ parte calores | Geo. 2. |
| Geo. 2. | Austrinos tulerit: quæ terga obuenterit axi, | |
| Geo. 1. | Obliquus quâ se signorum verterit ordo. | |

4. De diuisione anni in quatuor partes hyemem, uer,
æstatem & autumnum.

- | | | |
|---------|---|---------|
| AE. 3. | Postquam cuncta videt cœlo constare sereno | |
| AE. 10. | Omnipotens, stellis numeros & nomina fecit, | Geo. 1. |
| Geo. 1. | Temporibusque parem diuersis quatuor annum: | |
| Geo. 1. | Æstusque & pluuias & agentes frigora ventos. | |
| Geo. 1. | Atque hæc ut certis possimus discere signis: | |
| Geo. 2. | Vere tument terræ & genitalia semina poscunt, | |
| Geo. 1. | Ac medio tostas æstu terit area fruges: | |
| Geo. 2. | Et varios ponit fetus autumnus: & atra | |
| Geo. 2. | Venit hyems; teritur Sicyonia bacca trapetis. | |
| Geo. 2. | Atque in se sua per vestigia voluitur annus. | |
| AE. 11. | Tempore iam ex illo fœcundis imbribus æther | Geo. 2. |
| Geo. 2. | Magnus alit magno commistus corpore fetus. | |

5.

Opus primæ diei.

- | | | |
|---------|---|---------|
| AE. 4. | Et iam prima nouo spargebat lumine terras, | |
| AE. 2. | Ducebatque diem stellis aurora fugatis. | AE. 3. |
| AE. 6. | Tum durare solum, & discludere Nerea Ponto | |
| AE. 1. | Incipit, & rerum paulatim sumere formas. | Ecl. 6. |
| AE. 5. | Tum variæ pelagi facies, immania cete, | AE. 5. |
| AE. 8. | Æquora verrebant caudis, æstumque secabant. | |
| Geo. 1. | Nec non & vasti circum gens humida ponti, | Geo. 4. |
| AE. 9. | Iam sole infuso, iam rebus luce reiectis, | |
| Geo. 4. | Exultans roremque simul dispergit amarum. | Secun. |

VIRGILIOCENTONES.

6.

Secunda diei opus.

AE. 3.	Postera iamque dies primo surgebat Eoo:	
Ecl. 9.	Fundit humus flores & frondes explicat omnes:	Geo. 2
Geo. 2.	Sanguineisque inculta rubent auitaria baccis,	
Geo. 2.	Non rastris hominum, non vlli obnoxia curæ.	

7.

Diei tertia opus.

AE. 3.	Tertia lux gelidam coelo dimouerat vmbra:	AE. 4.
Geo. 2.	Auia tum resonant auibus virgulta canoris,	
Geo. 1.	Et liquidas corui presso dant gutture voces,	
Ecl. 1.	Nec gemere aëria cessauit turtur ab vlmo.	

8.

Opus quarta diei.

AE. 3.	Quarto terra die variarum monstra ferarum,	AE. 6.
AE. 3.	Omnigenumque pecus nullo custode per herbam	AE. 3.
AE. 6.	Educit syluis subito (mirabile visu)	AE. 1.
AE. 12.	Tum demum mouet arma leo: tum pessima tigris	Ge. 3.
Ge. 4.	Squamosusque draco & fulua ceruice leæna,	
AE. 7.	Setigerique fues atque in præsepibus vrsi	
AE. 7.	Sæuire, ac formæ magnorum vlulare luporum.	
Ge. 3.	Cætera pascuntur virides armenta per agros:	
Ge. 2.	Nec gregibus liquidi fontes, nec gramina desunt.	

9.

Quinta & sexta dierum opera.

AE. 3.	Iamque dies alterque dies processit, & omne	AE. 10
AE. 10.	Hoc virtutis opus diuinæ mentis & artis	Geo. 4
AE. 1.	Prospiciens genitor perfectis ordine rebus	AE. 3.
AE. 1.	Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo	
Ecl. 4.	Terrasque tractusque maris, cœlumque profundum,	
AE. 8.	Alituum pecudumque genus: secumque volutat	
AE. 1.	Qui mare, qui terras omni ditione tenerent:	
Geo. 2.	Neu segnes iaceant terræ: iuuat usque morari.	AE. 6.

B

De for-

PROBAE FALCONIAE

10. De formatione primi hominis.

AE. 11.	Talia versanti subito sententia fedit,	
Geo. 2.	Felicemque trahit limum fingitque premendo	AE. 6.
Geo. 1.	Pingue solum, primis extemplo à mensibus anni.	
AE. 8.	Iamque improuiso tantæ pietatis imago	AE. 6.
AE. 3.	Processit noua forma viri pulcerrima rerum,	
AE. 1.	Os humerosq; Deo similis, cui mentem animumq;	AE. 6.
AE. 12.	Maior agit Deus, atque opera ad maiora remittit.	

11. De formatione Euae.

AE. 5.	Quæritur huic alius, nec quisquã ex agmine tanto	
AE. 5.	Audet adire virum, sociusque in regna vocari.	AEn. 7.
Geo. 4.	Haud mora continuò placidam per mēbra quietē	AE. 1.
AE. 3.	Dat iuueni, & dulci declinat lumina somno.	AE. 4.
AE. 10.	Atque illi, medio in spacio iam noctis opacæ,	AE. 8.
AE. 10.	Omnipotens genitor costas & viscera nudat.	AE. 1.
AE. 11.	Harum vnam iuueni laterum compagibus arctis	AE. 1.
AEn. 6.	Eripuit, subitòque oritur mirabile donum,	AE. 2.
AE. 7.	Argumentum ingens, claraque in luce refulsit	AE. 1.
AE. 9.	Insignis facies, & pulcro pectore virgo,	AE. 3.
AEn. 7.	Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.	
AE. 7.	Olli somnum ingens rupit pauor, ossaq; & artus:	
AE. 4.	Coniugium vocat, & stupefactus numine pressit,	AEn. 7.
AEn. 8.	Excepitq; manu, dextramq; amplexus inhæsit	

12. Benedictio Adæ & Euae à Domino.

AEn. 6.	His demum exactis, torquet qui sidera mundi	AE. 9.
AE. 10.	Infit, eo dicente premit placida æquora Pontus,	AE. 10.
AE. 10.	Et tremefacta solo tellus, filet arduus æther:	
AE. 3.	Viuite, felices interq; nitentia culta	Geo. 1.
AE. 6.	Fortunatorum nemorum, sedesque beatas.	
AE. 7.	Hic domus, hæc patria est, requies ea certa laborū.	
AEn. 1.	His ego nec metas rerum, nec tempora pono:	
AEn. 1.	Imperium sine fine dedi, multosque per annos	Geo. 4.

Non

VIRGILIOCENTONES.

Ecl. 4.	Non rastros patietur humus, non vinea falcem.	AE. 9.
Geo. 4.	At genus immortale manet, nec tarda senectus	
AE. 9.	Debilitat vires animi, mutatque vigorem.	

13. Dominus prohibet ne comedant de ligno scientiæ
boni & mali alioqui morituros.

AE. 7.	Vos contrà quæ dicam animis aduertite vestris.		
AE. 6.	In medio ramos annosaq; brachia tendens		
AE. 2.	Est in conspectu ramis felicibus arbos.		Geor. 2.
AE. 7.	Quam neq; fas igni cuiquam nec sternere ferro,		AE. 3.
AE. 7.	Relligione sacrâ nunquam concessa moueri.		
AE. 11.	Hac quicunq; sacros decerpserit arbore fetus,		AE. 6.
AE. 11.	Morte luet meritâ, nec me sententia vertit.		AE. 1.
AE. 2.	Nec tibi tam prudens quisquâ persuadeat auctor		AE. 3.
AE. 8.	Commaculare manus. liceat te voce moneri		
AE. 2.	Femineâ, nec te vllius violentia vincat,		AE. 11.
Geor. 1.	Si te digna manet diuini gloria ruris.		

14. Ostensio Paradisi & eius descriptio.

AE. 3.	Postquam cuncta Pater, cœli cui sidera parent,	AE. 10.
AE. 8.	Composuit, legesq; dedit, camposque nitentes	AE. 6.
AE. 6.	Desuper ostentat tantarum gloria rerum.	AE. 4.
AE. 6.	Ecce autem primi sub lumine solis & ortus,	AE. 1.
AE. 1.	Deuenere locos, vbi mollis amaracus illos	
AE. 1.	Floribus & dulcia spirans amplectitur umbrâ.	
Geor. 2.	Hic ver assiduum, atq; alienis mensibus æstas.	Geo. 4.
Geo. 4.	Hic liquidi fontes: hic cœli tempore certo	
Geor. 4.	Dulcia mella premunt: hic candida popul' antro	
Ecl. 9.	Imminet, & lentæ texunt umbracula vites.	
Geor. 4.	Inuitant croceis halantes floribus horti	Geor. 1.
AE. 6.	Inter odoratum lauri nemus, ipsaque tellus	
Geor. 1.	Omnia liberius nullo poscente ferebat.	
AE. 9.	Fortunati ambo, si mens non læua fuisset	Ecl. 1.
AE. 11.	Coniugis infandæ: docuit post exitus ingens.	AE. 5.

PROBÆ FALCONIÆ.

15. *Tentatio primorum parentum à Diabolo.*

AE. 2.	Iamque dies infanda aderat, per florea rura	AE. 1.
Geo. 1.	Ecce inimicus atrox immensis orbibus anguis	AE. 2.
AE. 5.	Septem ingens gyros septena volumina versat,	
AE. 3.	Nec visu facilis, nec dictu affabilis vlli,	
AE. 11.	Obliquâ inuidiâ ramo frondente pependit,	AE. 7.
AE. 7.	Vipeream inspirans animam: cui tristia bella,	AE. 7.
AE. 7.	Iræque insidiæque, & tristia crimina cordi.	
AE. 7.	Odit & ipse Pater. tot sese vertit in ora,	AE. 7.
AE. 11.	Arrectisque horret squamis. & ne quid inaufum	AE. 8.
AE. 8.	Aut intentatum scelerisue doliue relinquat,	
AE. 6.	Sic prior aggreditur dictis, seque obtulit vltro.	AE. 8.

16. *Eua seducitur primo.*

AE. 6.	Dic, ait, ô virgo lucis habitamus opacis,	AE. 6.
AE. 6.	Riparumq; thoros, & prata recentia riuis	
AE. 6.	Incolimus. quæ tanta animis ignauia viuit?	AE. 11.
Ecl. 7.	Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma.	
Geor. 3.	Pocula sunt fontes liquidi. cœlestia dona	Geor. 4.
AE. 2.	Attrectare nefas? id rebus defuit vnum.	AE. 12.
AE. 5.	Quis prohibet causas penitus tentare latentes?	AE. 3.
AE. 8.	Vana superstitio. rerum pars altera adempta est	AE. 9.
AE. 12.	Conditio: mea si non irrita dicta putaris,	AE. 10.
AE. 12.	Autor ego audendi sacrata resolvere iura.	AE. 2.
AE. 2.	Tu coniunx, tibi fas animum tentare precando.	
Ecl. 8.	Dux ego vester ero: tua si mihi certa voluntas,	AE. 4.
AE. 3.	Extruimusq; thoros, dapibusq; epulamur opimis.	

17. *Eua comedit de fructu ligni vetiti.*

AE. 1.	Sic ait, & dicto citius, quod lege tenetur	AE. 12.
AE. 7.	Subijciunt epulis olim venerabile lignum,	AE. 12.
AE. 7.	Instituuntque dapes contactuq; omnia foedant.	AE. 3.
AE. 1.	Præcipue infelix pesti deuota futuræ	
Geor. 2.	Miraturque nouas frondes: & non sua poma	

(Causa

VIRGILIO CENTONES.

- | | | |
|---------|---|---------|
| AE. 6. | (Caussa mali tanti) summo tenus attigit ore. | AEn. 1. |
| AE. 7. | Maius adorta nefas, maioremque orsa furorem, | |
| AEn. 2. | Heu misero coniunx alienâ ex arbore germen | AEn. 2. |
| AEn. 6. | Obijcit, atque animum subitâ dulcedine mouit. | AE. 11. |

18. *Vident se nudos & faciunt sibi perizonata.*

- | | | |
|----------|--|---------|
| Geor. 1. | Continuò noua lux oculis effulsit. at illi | AEn. 9. |
| AEn. 8. | Terrentur visu subito: nec plura morati | AEn. 5. |
| AEn. 7. | Corpora sub ramis obtentu frondis inumbrant: | AE. 11. |
| AEn. 3. | Consertum tegmen. nec spes opis vlla datur. | AE. 2. |
| AE. 11. | At non hæc nullis hominum rerumque repertor | AE. 12. |
| AE. 11. | Obseruans oculis, cædes & facta tyranni | AE. 8. |
| AE. 4. | Præsensit: notumque, furens quid foemina possit. | AEn. 4. |
| AE. 4. | Continuò inuadit. procul ô procul este profani, | AEn. 6. |
| AE. 6. | Conclamat cœlum & terras qui numine torquet. | AE. 4. |

19. *Et quarunt fugere & se abscondere.*

- | | | |
|---------|--|---------|
| AE. 10. | Atque illi longè gradientem & dira frementem | |
| AE. 10. | Vt videre, metu versi retroque ruentes | |
| AEn. 5. | Diffugiunt, sylvas & sicubi concaua furtim | |
| AEn. 5. | Saxa petunt. piget incepti lucisque: nec auras | AEn. 6. |
| AE. 10. | Respiciunt: tædet cœli conuexa tueri. | AEn. 4. |

20. *Increpat illos Dominus.*

- | | | |
|---------|---|---------|
| AE. 9. | Nec longū in medio tempus, cum creber ad aures | AEn. 2. |
| AE. 2. | Visus adesse pedum sonitus, genitorque per umbrâ | AEn. 2. |
| AE. 8. | Talibus affatur dictis atque increpat ultro: | AE. 10. |
| AE. 5. | Infelix quæ tanta animum dementia coepit? | |
| AE. 5. | Quis furor iste nouus? quo nunc quo tenditis, inquit, | |
| AE. 4. | Regnorū immemores? quæ mentē insania mutat? | AE. 12. |
| AE. 6. | Dicite quæ lucis miseris tam dira cupido? | AE. 6. |
| AE. 1. | Maturate fugam, totoque absistite luco. | AE. 6. |
| AE. 6. | Nec reuocare gradū, si quando aduersa vocarint, | AE. 9. |
| AE. 10. | Est licitum. flammis ambit torrentibus amnis, | AE. 6. |

PROBAE FALCONIAE.

AE. 12.	Per medium stridens, torquetq; sonantia saxa.	AE. 6.
AE. 3.	Attollitque globos flammaram & sidera lambit.	

21.

Adam se excusat.

AEn. 5.	Ille sub hæc: tua me genitor, tua tristis imago,	AE. 6.
AE. 8.	His posuere locis. merui nec deprecor, inquit,	AE. 12.
AE. 10.	Omnipotens. sonitumq; pedum vocæq; tremisco,	AE. 3.
AE. 11.	Consciis audacis facti. monitisque sinistris	AE. 10.
Geor. 2.	Femina fert tristes succos, tardumq; saporem.	
AEn. 4.	Illa dolos dirumque nefas sub pectore versans,	
AE. 2.	Infantem, infando indicio, moritura puella,	Geo. 4.
AE. 10.	Dum furit incautum crudeli morte peremit.	
AEn. 9.	Suasit enim: scis ipse, nec est te fallere cuiquam.	Geo. 4.
Ecl. 8.	Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error	
AE. 11.	Contigimusq; manu quod nō sua seminat arbor.	AEn. 6.

22.

Deus maledicit serpenti.

Geo. 2.	Tum pater omnipotens folio sic infit ab alto:	AE. 8.
AE. 10.	Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta:	
AE. 6.	Tuque prior, scelere ante alios immanior omnes,	AEn. 1.
AE. 5.	Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla,	
AE. 6.	Hortator scelerum coluber, mala gramina pastus	AE. 2.
Geo. 4.	Defidiâ latamque trahes inglorius aluum.	
AE. 7.	Cede locis nullis hominum cogentibus ipse,	Geor. 2.
Geo. 2.	Tenuis ybi argilla & dumosis calculus aruis.	

23.

*Deus maledicit Adæ & in eius persona
toti generi humano.*

AE. 2.	At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis,	
AE. 9.	Omne æuum ferro teritur: primusq; per artem,	Geor. 2.
AE. 6.	Heu miserande puer, terram insectabere rastris,	Geor. 1.
Geor. 1.	Et sonitu terrebis aues: horrebit in aruis	Geor. 1.
Ecl. 5.	Carduus, & spinis surget paliurus acutis,	
Geor. 1.	Lappæque, tribulique, & fallax herba veneni.	Ecl. 4.
		At si

VIRGILIOCENTONES.

Geo. 1.	At si triticeam in messem robustaque farra	
Geo. 1.	Exercebis humum, frustra exspectabis aceruum,	Geor. 1.
Geo. 1.	Concussa que famem in siluis solabere quercu.	
AE. 9.	Insuper his subeunt morbi, tristisque senectus,	Geo. 3.
Geo. 3.	Et labor & diræ rapit inclementia mortis.	

24. *Postea reprehendit Euan & in-
dicit utriq; mortem.*

Ecl. 5.	Hæc tibi semper erunt. tuque ô sæuissima coniunx	AE. 11.
AE. 1.	Non ignara mali, caput horum & caussa malorû,	AE. 11.
Geo. 4.	Magna lues commissa tibi est. heu perdita nescis,	AE. 4.
AEn. 4.	Nec quæ circumstant te deinde pericula cernis.	
AE. 4.	Nunc morere, ut merita es, totâ quod mète petisti.	AEn. 4.
AE. 9.	Nec mea iam mutata loco sententia cedit.	

25. *Expulsio eorum ex Paradiso.*

AE. 11.	At iuuenem primùm sæuus circumstitit horror:	AE. 2.
AE. 7.	Dirigere oculi, nec se coelare tenebris	AE. 9.
AE. 9.	Amplius, aut notas audire & reddere voces.	AE. 6.
AE. 7.	Haud mora festinant iussi, rapidisq; feruntur	
AE. 7.	Passibus, & pariter gressi per opaca viarum	AE. 6.
AE. 6.	Corripiunt spacium medium, limenq; relinquunt	AEn. 5.
AE. 6.	Flentes, & paribus curis vestigia figunt.	AE. 6.
AE. 1.	Tum victum in siluis baccas lapidosaque corna	AE. 3.
AEn. 3.	Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbæ.	

26. *Nascuntur duo filij Eua Abel & Cain.*

AE. 3.	Interea magnum Sol circumuoluitur annum,	
Ecl. 4.	Matri longa decem tulerant fastidia menses,	
Geo. 1.	Vnde homines nati durum genus: inde per artem	AE. 12.
Geo. 3.	Haud herbæ campo apparêt, aut arbore frondes,	
Geo. 2.	Inque novos soles audent se gramina tutò	
Geo. 2.	Crederè, & in lentis vuam dimittere ramis	Geo. 4.
Geo. 4.	Instituunt, vdoque docent inolescere libro.	

A Cain

PROBAE FALCONIAE.

27. *A Cain post altare occiditur Abel.*

AE. 7.	Tum gemini fratres, adolent dum altaria tædis,	AE. 7.
AE. 2.	Alter & alterius prælato inuidit honori,	AE. 5.
AE. 2.	(Horresco referens) consanguinitate propinquū	AE. 2.
AE. 3.	Excipit incautum patriasq; obtruncat ad aras	
AE. 2.	Sanguine foedantem, quos ipse sacrauerat ignes.	

28. *Deus maledictione multa malorum genera immittit.*

AE. 3.	Tum genitor virus serpentibus addidit atris,	Geo. 1.
Geo. 1.	Mellaque decussit folijs, ignemq; remouit,	
Geo. 1.	Prædarique lupos iussit, pontumque moueri:	
Geo. 1.	Et passim riuus currentia vina repressit.	
Geo. 1.	Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos	
Geo. 1.	Effet rubigo, & victum seges ægra negaret.	AE. 3.
Geo. 1.	Tum laqueis captare feras, & fallere visco	
Geo. 1.	Inuentum, & duris vrgens in rebus egestas	Geo. 1.
Geo. 1.	Mouit agros curis acuens mortalia corda.	
AE. 8.	Deterior donec paulatim ac decolor ætas	
Geo. 2.	Ferrea progenies duris caput extulit aruis:	
AE. 8.	Et belli rabies & amor successit habendi.	
Geo. 2.	Iustitia excedens terris vestigia fecit.	
AE. 9.	Nec longum in medio tempore, furor iraq; mentem	AE. 2.
AE. 2.	Præcipitant, gaudent perfusi sanguine fratrum.	Geo. 2.
Geo. 2.	Condit opes alius, defessoq; incubat auro:	
AE. 10.	Nec doluit miserans inopem dextramq; tetendit.	

29. *Deus imittit diluuium.*

AE. 10.	Tum pater omnipotens grauius commotus ab alto	AE. 1.
AE. 9.	Æthere se mittit: tellurem effundit in vndas	AE. 12.
AE. 12.	Diluuium miscens, cœlumque in Tartara soluit.	
AE. 2.	Sternit agros, sternit fata læta, boumq; labores	
Geo. 1.	Diluit: implentur fossæ & caua flumina crescunt:	
Geo. 3.	Et genus omne neci pecudum dedit omne ferarum.	

Noë ser-

VIRGILIOCENTONES.

30. *Noë servatur cum tota familia.*

<i>AEn. 1.</i>	Tum pietate grauem ac meritis (mirabile dictu)	<i>AE. 4.</i>
<i>AEn. 2.</i>	Qui fuit in terris, & seruantissimus æqui,	
<i>AE. 2.</i>	Eripuit leto, tantis surgentibus vndis:	<i>AE. 6.</i>
<i>Geo. 3.</i>	Vt genus vnde nouæ stirpis reuocaret haberet.	

31. *Populus Israhel fugit á Pharaone in desertum & transit mare rubrum: & data sunt leges Moysi.*

<i>AE. 7.</i>	Diluuio ex illo patribus dat iura vocatis	<i>AEn. 5.</i>
<i>AE. 10.</i>	Omnipotens magnisq; agit sub legibus æuum.	<i>Geo. 4.</i>
<i>AE. 8.</i>	Quid memoré infandas cædes, quid facta tyranni,	
<i>Geo. 4.</i>	Nesciaq; humanis precibus mansuescere corda,	
<i>AE. 8.</i>	Ægyptum, viresque Orientis, & vltima bella,	
<i>Geor. 4.</i>	Magnanimosq; Duces, totiusque ordine gentis,	
<i>Ecl. 6.</i>	Quo cursu deserta petiuerit, & tribus & gens	<i>AE. 7.</i>
<i>Geor. 2.</i>	Magna virum, meriti tanti non immemor vnquã.	<i>AE. 9.</i>
<i>AE. 6.</i>	Quique sacerdotes adsint altaria iuxta,	<i>AEn. 4.</i>
<i>AE. 6.</i>	Quique pij vates pro libertate ruebant,	<i>AE. 8.</i>
<i>AEn. 7.</i>	Qui bello exciti reges, quæ litore rubro	<i>AE. 8.</i>
<i>AE. 7.</i>	Complerint campos acies: quibus arserit armis	<i>AEn. 7.</i>
<i>AE. 7.</i>	Rex genere egregium, magno inflammante furore,	
<i>AE. 7.</i>	Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas.	
<i>AEn. 1.</i>	Cætera facta patrum, pugnataq; in ordine bella	<i>AE. 8.</i>
<i>Geo. 4.</i>	Prætereo, atq; alijs post me memoranda relinquo.	

Finis Veteris Testamenti: sequitur Nouum.



C

DE IN-

PROBAE FALCONIAE.

I. DE INCARNATIONE IESU
CHRISTI.

AE. II.	Nunc ad te & tua, magne Pater, consulta re- (uertor.	
AE. 7.	Maius opus moueo: vatum prædicta priorum	AEn. 4.
AE. 3.	Aggredior, quamuis angusti terminus æui	Geo. 4.
Geor. 1.	Accipiat: tentanda via est, quâ me quoq; possim	Geo. 3.
Geo. 3.	Tollere humo, & nomen famâ tot ferre per annos	Geo. 2.
AE. 10.	Quod tua progenies cœlo descendit ab alto,	AE. 8.
AE. 8.	Attulit & nobis aliquando optantibus ætas	
AE. 8.	Auxilium aduentumq; Dei: quâ femina primùm	AE. 8.
AE. 1.	Virginis os habitumq; gerens (mirabile dictu)	AE. 2.
Ecl. 8.	Nec generis nostri puerum nec sanguinis edit.	
AE. 5.	Seraque terrifici cecinerunt omina vates,	
AE. 7.	Aduentare virum populis terrisque superbum,	AE. 2.
AE. 7.	Semine ab ætherio: qui viribus occupet orbem:	AEn. 7.
AEn. 1.	Imperium Oceano, famam qui terminet astris.	

2. De natiuitate Iesu Christi.

AE. 9.	Iamq; aderat promissa dies, quo tempore primùm	Geo. 1.
AEn. 8.	Extulit os sacrum diuinæ stirpis origo	AE. 12.
AE. 6.	Missâ sub imperio, venitq; è corpore virtus	AE. 5.
AE. 10.	Omnipotens: subijt cari genitoris imago.	AE. 2.

3. De Magis offerentibus munera & stellâ
eorum duce.

AE. 3.	Haud mora, continuò cœli in regione serenâ	AE. 8.
AEn. 2.	Stella facem ducens magnâ cum luce refulsit.	AE. 2.
AE. 9.	Agnouere Deum proceres, cunctique repentè	AE. 1.
AE. 5.	Muneribus cumulant, & sanctum sydus adorant.	AE. 2.
AE. 2.	Tum veri manifesta fides, clarumque paternæ	AE. 12.
AE. 12.	Nomen erat virtutis, & ipsi agnoscere vultum	AEn. 3.
AE. 1.	Flagrant, & quæ det diuini signa decoris.	AE. 5.

4. Herodes

VIRGILIOCENTONES.

4. *Herodes rex turbatur auditâ natiuitate Iesu Christi.*

AE. 4.	Protinus ad regem magno clamore furentem	AE. 11.
AEn. 4.	Fama volat varijsq; acuit rumoribus iras,	AE. 9.
AE. 4.	Incenditq; animum matrisque allabitur aures.	AE. 9.
AE. 4.	Illa dolos dirumq; nefas, haud nescia rerum,	AE. 12.
AE. 4.	Præsensit, motusq; excepit prima futuros.	
AE. 6.	Præscia venturi furtim mandarat alendum,	AE. 3.
AE. 8.	Dum curæ ambiguæ, dum mens exæstuat irâ.	AE. 9.

5. *Herodes rex iubet occidi pueros.*

AE. 7.	At rex sollicitus stirpem & genus omne futurum	AE. 4.
AE. 2.	Præcipitare iubet, subiectisq; vrere flammis	
AEn. 3.	Multa mouês, mittitq; viros qui certa reportent.	AEn. 9.
AE. 3.	Haud secus ac iussi faciunt, rapidisq; feruntur	AE. 7.
AE. 7.	Passibus, & magnis urbem terroribus implent.	AE. 11.
AE. 6.	Continuò auditæ voces vagitus & ingens,	
AE. 6.	Infantumq; animæ flentes ante ora parentum:	AE. 11.
AE. 2.	Corpora natorum sternuntur limine primo.	AE. 6.

6. *Maria mater Domini aufugit cum filio in Ægyptum.*

Geo. 4.	At mater gemitu non frustra exterrita tanto,	Geo. 4.
AE. 11.	Ipsa sinu præ se portans, turbante tumultu,	AE. 6.
AE. 11.	Infantem fugiens plena ad præsepia reddit.	Geo. 3.
AE. 1.	Hic natum angusti subter fastigia tecti	AEn. 8.
AE. 11.	Nutribat teneris immulgens vbera labris.	
Ecl. 4.	Hic tibi prima puer fundent cunabula flores,	Ecl. 4.
Ecl. 4.	Mistaq; ridenti passim cum baccare tellus,	
Ecl. 4.	Molli paullatim colocasia fundet acantho.	

7. *Christus disputat in templo in medio seniorum.*

AEn. 1.	Et iam finis erat perfecto temporis orbe,	AE. 6.
AE. 6.	Vt primum cessit furor, & rabida ora quierunt.	

PROBAE FALCONIAE.

AE. 9. | Ante annos animumque gerens cœlestis origo | AE. 6.
 AE. 7. | Per medias vrbes agitur populosq; propinquos. | AE. 3.

8. *Mirantur omnes Christum.*

AEn. 7. | Illum omnis tectis agrisque effusa iuuentus |
 AE. 7. | Attonitis inhians animis prospectat euntem, |
 AE. 7. | Turbaq; miratur matrum: qui spiritus illi, | AE. 5.
 AE. 5. | Qui vultus vocisque sonus, vel gressus eunti est.

9. *Testimonium Johannis de Christo.*

AE. 7. | Continuò vates (namque hic certissimus auctor) | Geor. 1.
 AE. 8. | Ut procul è gelido secretum flumine vidit,
 AE. 6. | Tempus, ait, Deus, ecce Deus, cui maxima rerum | AE. 9.
 AEn. 9. | Verborumq; fides. Tu nunc eris alter ab illo, | Ecl. 5.
 Ecl. 5. | Fortunate puer, cœli cui sidera parent. | AE. 10.
 AE. 6. | Sic equidem ducebam animo rebarq; futurum,
 AE. 2. | Exspectate venis spes & solatia nostri. | AEn. 8.

10. *A Johanne Christus baptisatur & in hunc
 Spiritus S. descendit de cœlo.*

AE. 10. | Hæc vbi dicta dedit, fluuio mersare salubri | Geor. 1.
 AE. 9. | Accepit venientem, ac mollibus extulit vndis:
 AE. 3. | Exultantque vada, & subitò commota columba | AE. 5.
 AE. 4. | Deuolat, & supra caput astitit: inde repentè | AE. 1.
 AE. 5. | Radit iter liquidum, celeres neq; commouet alas.
 AE. 6. | Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
 Geo. 1. | Certatim largos humeris infundere rores.

11. *Vox de cœlo audita est: Hic est filius &c.*

AE. 10. | Tum genitor natum dictis affatur amicis:
 AEn. 1. | Nate meæ vires, mea magna potentia solus,
 AE. 11. | Et prædulce decus magnum rediture parenti. | AE. 10.
 Ecl. 8. | A te principium, tibi desinit: accipe testor, | AE. 11.
 AE. 7. | O mea progenies, quâ Sol vtrumque recurrens | AE. 7.

Aspi-

VIRGILIO CENTONES.

AE. 7.	Aspicit Oceanum perfecto lætus honore,	AE. 3.
AE. 7.	Omnia sub pedibus vertique regique videbis.	
AE. 6.	Tu regere imperio populos matresq; virosque,	AE. 2.
AE. 1.	Iam pridem resides animos, desuetaque corda	
Geo. 1.	Ignarosq; viæ mecum miseratus agrestes	
Geo. 1.	Aggredere, & votis iam nunc assuesce vocari.	

12. De salute humani generis per Christum partâ

AE. 4.	Dixerat: ille patris magni parere parabat	
AE. 6.	Imperijs, instans operi regnisque futuris.	AE. 1.
AE. 6.	Heu pietas, heu prisca fides! quas dicere grates	AE. II.
AE. 2.	Incipiam? si parua licet componere magnis.	Geo. 4
AE. 2.	Nec mihi iam patriam antiquâ spes vlla videndi,	
Ecl. 1.	Nec spes libertatis erat, nec cura salutis.	
Ecl. 1.	Hic mihi responsum primus dedit ille petenti,	
AE. 6.	Concretam exemit labem, purumque reliquit	
AE. 6.	Ætherium sensum, meque in mea regna remisit.	AE. 2.
AE. 6.	Illum ego per flammâs, agerem si Syrtibus exsul,	AE. 5.
AE. 1.	Per varios casus, per mille sequentia tela,	AE. 6.
AE. 12	Quo res cunq; cadant, vnum pro nomine tanto	AE. 8.
AE. 5.	Exequerer, strueremq; suis altaria donis.	
Ecl. 1.	Namque erit ille mihi semper Deus, illius aræ	
AE. II.	Cuncti obtestemur, veniamq; oremus ab ipso.	
AE. 6.	Huius in aduentu, tantarum in munere laudum,	AE. 8.
Ecl. 5.	Ipsi lætitiâ voces ad sidera iactant	
Ecl. 5.	Intonsi montes, respondent omnia valles.	

13. Ductus est Iesus à spiritu in desertum, ut tentaretur à Diabolo.

Geo. 1.	Tempore non alio magnum & memorabile nomē	AE. 4.
AE. 7.	Serpentis furiale malum meminisse necesse est.	AE. 6.
AE. 2.	Aufus quinetiam (fama est obscurior annis)	AE. 7.
AE. 2.	Compellare virum, & veniendi poscere causas.	AE. 1.
AE. 6.	Huc vbi tendentem aduersum per gramina vidit,	

PROBAE, FALCONIAE

AE. 10	Substitit, infremuitq; ferox, dominumq; potentē	AE. 6.
AE. 11	Saucius at serpens affatur voce superbâ.	AE. 7.
AE. 3.	Veranè te facies, verus mihi nuncius adfers?	
AE. 8.	Qui gen ^o vnde domo? qd nostra ad limina tēdis?	AE. 6.
AE. 6.	Fare age quid venias, nam te dare iura loquuntur:	AE. 1.
Geo. 4	Aut quis te iuuenum confidentissime nostras	
Geo. 4	Iussit adire domos, paci; imponere morem?	AE. 6.
Ecl. 1.	Non equidem inuideo, miror magis: accipe porrò	AE. 9.
AE. 9.	Quid dubitē, & quæ nunc animo sentētia surgat.	
AE. 10	Est domus alta, voca Zephyros, & labere pennis	AE. 4.
AE. 7.	Ardua tecta petens, ausus te credere cœlo.	AE. 1.
Geo. 4	Si modo quē memoras pater est, cui sidera parent.	AE. 10

14. *Christus Diabolo respondet, qui fugit illum.*

AE. 9.	Olli subridens sedato pectore fatur,	
AE. 8.	Haud vatam ignarus, venturique inscius æui:	
AE. 4.	Diffimulare etiam sperasti perfide serpens.	
AE. 3.	Ne dubita, nam vera vides. opta ardua pennis	AE. 12
AE. 12	Astra sequi clausumq; cauâ te condere terrâ.	AE. 12
AE. 10	Quo moriture ruis, maioraque viribus audes?	
AE. 5.	Cede Deo toto proiectus corpore terræ.	AE. 11.

15. *Diabolus fugit audito Christo.*

AE. 6.	Nec plura his, ille admirans venerabile donum	
AE. 10	Fronte ferit terram, & spumas agit ore cruentas,	Geo. 3
AE. 11.	Contentusque fugâ medijs se condidit vmbri.	AE. 2.

16. *Christus eligit discipulos, & multa turba sequitur illum.*

AE. 3.	Interea magnas volitans it fama per vrbes,	AE. 4.
AE. 5.	Conuenere viri, mens omnibus vna sequendi	AE. 10
AE. 2.	In quas cunq; velit pelago deducere terras:	
AE. 5.	Multi præterea, quos fama obscura recondit,	
AE. 1.	Conueniunt fremitu denso, stipantq; frequentes.	Geo. 4
Geo. 4	Circumstant, vitamq; volunt pro laude pacisci,	AE. 5.
		Exul-

VIRGILIO CENTONES.

AE. 11. | Exultantque animis: medium nam plurima turba. | AE. 6.

AE. 6. | Hunc habet, atq; humeris exstantem suspicit altis |

17. *Christi predicatio ad turbas: in cuius fine ab Idolorum cultu eas deterret, & ultimum iudicium denunciat.*

AE. 4. | Postquam altos ventū in montes, æterna potestas | AE. 10.

AE. 1. | Iura dabat legesq; viris, operumq; labores.

AE. 10. | Edocet humanis quæ sit fiducia rebus.

AE. 10. | Admonet immiscens cari præcepta parentis: | AEn. 5.

AE. 4. | Spemq; dedit dubiæ menti, curasque resoluit. | Geor. 1.

AEn. 6. | Conspicit ecce alios dextrâ læuâque frequentes:

AE. 2. | Quos vbi confertos audere in prælia vidit,

AE. 8. | Incipit, & dictis diuinum inspirat amorem.

AE. 6. | Discite iusticiam moniti, & succurrite fessis. | AE. 11.

AE. 5. | Pro se quisque viri, cuiunque est copia, læti, | AE. 5.

AE. 8. | Communemq; vocate Deum: meliora sequamur, | AE. 3.

AEn. 5. | Quoque vocat verâmus iter. via prima salutis | AE. 6.

AE. 2. | Intemerata fides, & mens sibi conscia recti. | AEn. 1.

AE. 3. | Vobis parta quies, perfecto temporis orbe. | AE. 6.

AEn. 6. | Nam qui diuitijs soli incubuere repertis,

AE. 6. | Nec partem poiuerè suis, dum vita manebat,

AE. 6. | Pulsatusue parens, & fraus innexa clienti,

AE. 4. | Tunc cum frigida mors animâ subduxerit artus,

AE. 6. | Inclusi pœnam expectant, quæ maxima turba est,

AE. 7. | Infernisque ciet tenebris, veterumq; malorum | AE. 6.

AE. 6. | Supplicia expendunt. alijs sub gurgite vasto

AE. 6. | Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

AE. 6. | Turbidus hic coeno vastâq; voragine gurges

AE. 6. | AEstuat, atque omnem Cocyto cructat arenam.

AE. 7. | Hinc exaudiri gemitus, & sæua sonare | AE. 6.

AE. 6. | Verbera, tum stridor ferri tractæque catenæ.

Geor. 1. | Semper & obductâ densantur nocte tenebræ.

Geor. 1. | Præterea quæ dicam animis aduertite vestris: | AE. 2.

Ecl. 1. | Non ego vos posthac cæsis de more iuencis | AE. 3.

Relli-

P R O B A E F A L C O N I A E

AE. 10.	Relligione patrum, truncis & robore natas	AE. 8.
AE. 9.	Mortaliuè manu effigies, nec templa Deorum	AE. 7.
AE. 3.	Audite & repetens iterumq; iterumque monebo.	AE. 3.
AE. 9.	Sed perijsse semel fatis est natumq; patremq;.	AE. 4.
Geo. 1.	Profuerit meminisse magis (si credere dignū est.)	AEn. 6.
Geo. 3.	Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,	
Geo. 1.	Flammarumq; dies & vis inimica propinquat.	AE. 12.
AEn. 5.	Attonitis hæfere animis : nec plura moratus	AE. 5.
AE. 2.	Hic aliud maius miseris mortalibus ægris	Geo. 3.
AE. 1.	Iudicium canit, & tristes denunciat iras.	AE. 3.
AE. 1.	Venturum excidium & vastâ conuulsa ruinâ	AE. 3.
Geo. 1.	Omnia tunc pariter rutilo miscerier igni,	Geo. 1.
AE. 9.	Palantesque polo stellas, coeliq; ruinam.	AE. 1.
AE. 2.	Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis	
AE. 2.	Insinuat pauor, & taciti ventura videbant.	AE. 2.

18. *De eo qui rogauit Dominum quid faciendo vitam
aeternam possideret : item responsum ei datum.*

AE. 7.	Hæc super aduentu cum dicta horrenda moneret,	AE. 3.
AE. 9.	Ora puer primâ signans intonsa iuentâ,	
Geo. 2.	Diues opum, studijs florens ignobilis oci,	Geo. 4.
AE. 7.	Quinque greges illi balantum, quina redibant	
AE. 7.	Armenta, & dapibus mensas onerabat inemptis.	Geo. 4.
AE. 6.	Continuò palmas alacris vtrasque tetendit,	AE. 6.
AE. 10.	Et genua amplectens sic ore effatus amico est.	AEn. 3.
Geo. 2.	O Deus, ô famæ meritò pars maxima nostræ,	
AE. 1.	Ad te confugio, & supplex tua numina posco :	
AEn. 6.	Omnia perfeci, atque animo mecum ante peregi.	
AE. 6.	Eripe me his inuictè malis. quid deniq; restat,	AE. 2.
AE. 3.	Quiduè sequens tantos possim superare labores.	
AE. 8.	Accipe daque fidem, mihi iussa capessere fas est.	AEn. 1.
AE. 6.	Atque huic responsum paucis ita reddidit Heros:	
AE. 12.	O præstans animi iuuenis, absiste precando,	AEn. 9.
Ecl. 10.	Nec te pœniteat : nihil ô tibi amice relictum est	AE. 6.

Hoc

VIRGILIOCENTONES.

<i>Aen.</i> 7.	Hoc etiam his addam, tua si mihi certa voluntas,	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 12.	Disce puer contemnere opes, & te quoq; dignum	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 12.	Finge Deo, & quæ sit poteris cognoscere virtus.	<i>Ecl.</i> 4.
<i>Aen.</i> 6.	Da dextram misero, & fratrem ne desere frater,	<i>Aen.</i> 10.
<i>Aen.</i> 7.	Si iungi hospitio properat coniunge volentem:	<i>Aen.</i> 5.
<i>Geor.</i> 2.	Casta pudicitiam seruet domus. en age segnes	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Rumpe moras, rebusque veni non asper egenis.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 3.	Dixerat hæc: ille in verbo vestigia torfit,	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 1.	Tristior ora modis attollens pallida miris,	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 12.	Multa gemens seque ex oculis auertit & aufert.	<i>Aen.</i> 4.

19. *Discipuli periclitantur in mari.*

<i>Aen.</i> 3.	Inde, vbi prima fides pelago, tranquilla per alta	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 3.	Deducunt socij naues, atq; arte magistrâ.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Geor.</i> 1.	Atq; alius latum fundâ iam verberat amnem	
<i>Geor.</i> 1.	Alta petens, pelagoq; alius trahit humida lina.	
<i>Aen.</i> 3.	Postquam altû tenuere rates, nec iam ampli ⁹ vllæ	
<i>Aen.</i> 3.	Apparent terræ, crebris micat ignibus æther.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Eripiunt subito nubes coelumq; diemque.	
<i>Aen.</i> 5.	Consurgunt venti, fluctusq; ad sidera tollunt.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 3.	At socijs subitâ gelidus formidine sanguis	
<i>Aen.</i> 3.	Diriguit, cecidere animi, cunctique repente	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 5.	Pontum aspectabant flentes: vox omnibus vna.	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 1.	Spemq; metumq; inter dubij, seu viuere credant,	
<i>Aen.</i> 1.	Siue extrema pati lethi discrimine paruo:	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 7.	Qualia multa mari nauæ patiuntur in alto.	

20. *Christus ambulans super mari imperat ventis.*

<i>Aen.</i> 5.	Ecce Deus magno misceri murmure Pontum	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Emissamq; hyemem sensit, cui summa potestas.	<i>Aen.</i> 10.
<i>Aen.</i> 6.	Par leuibus ventis, & fulminis ocyor alis,	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 5.	Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.	
<i>Aen.</i> 3.	Nec longo distat cursu præeunte carinâ.	<i>Aen.</i> 5.

D

Agnoc-

PROBÆ FALCONIÆ

Aen. 10.	Agnoscent longè regem dextramq; potentem	Aen. 7.
Aen. 3.	Nudati socij, & magno clamore salutant.	Aen. 6.
Aen. 3.	Postquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit,	
Aen. 7.	Id vero horrendum visu ac mirabile fertur.	
Aen. 5.	Subsidunt vndæ, remo vt luctamen abesset,	Aen. 8.
Aen. 1.	Collectasq; fugat nubes, graditurq; per æquor	Aen. 3.
Aen. 3.	Iam medium, necdum fluctu latera ardua tingit.	
Aen. 5.	At mediâ socios incedens naue per ipsos	
Aen. 5.	Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister:	
Aen. 5.	Intremuit malus gemuit sub pondere cymba.	Aen. 6.
Aen. 3.	Vela cadunt, puppique Deus consedit in altâ,	Aen. 5.
Aen. 5.	Et tandem læti nautæ aduertuntur arenæ.	

21. *Christus insidens a sino venit Hierusalem, & templum ingressus vendentes & ementes inde flagello expulit, & mensas numulariorum euertit.*

Geo. 1.	Tunc etiam tardi costis agitator a felli	Geor. 1.
Aen. 2.	Insedit nimbo effulgens, cui plurima circum	Aen. 5.
Geo. 4.	Matres atq; viri pueri velamina vota	Aen. 6.
Aen. 2.	Subijciunt, funemque manu contingere gaudent,	Aen. 2.
AE. 11.	Iam propinquabant portis: templumq; vetustum,	Aen. 2.
Aen. 7.	Antiquâ ex cedro centum sublime columnis,	
Aen. 6.	Ingreditur magnâ medius comitante cateruâ,	Aen. 5.
Aen. 7.	Horrendum syluis hoc illis curia templum:	
Aen. 7.	Hæ sacris sedes, miro quod honore colebant.	Aen. 4.
Aen. 1.	Namque sub ingenti lustrat dum singula templo,	
Aen. 6.	Horrescit visu subito insonuitque flagello:	Aen. 5.
Aen. 12.	Significatque manu, & magno simul incipit ore.	
Aen. 6.	Quæ scelerum facies? quæue æra micantia cerno	Aen. 2.
Geo. 3.	Cæsaris & nomen, quæ mentem infania mutat?	Aen. 4.
Aen. 3.	Hæ nobis propriæ sedes: hîc tempore certo	Geo. 4.
Aen. 6.	Perpetuis soliti patres considerare mensis.	
Aen. 2.	Obstupere animis gelidusq; per ima cucurrit	
Aen. 2.	Ossa tremor, mensasq; metu liquere priores.	Aen. 3.

22. De cæna

VIRGILIO CENTONES.

22.

De cœna Domini.

<i>Aen.</i> 8.	Deuexo interea proprior fit vesper Olympo:	
<i>Aen.</i> 1.	Tum victu reuocant vires, & viscera nudant,	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Et dapibus mensas onerant, & pocula ponunt.	
<i>Aen.</i> 1.	Postquàm prima quies epulis, mensæq; remotæ:	
<i>Aen.</i> 2.	Ipse inter primos genitori instaurat honores	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 12.	Suspiciens coelum: tum facta silentia linguis.	<i>Aen.</i> 12.
<i>Aen.</i> 12.	Dat fruges manibus, dulcesq; à fontibus vndas,	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 1.	Impleuitque mero pateram, ritusque sacrorum	<i>Aen.</i> 12.
<i>Aen.</i> 10.	Edocet, immiscetque preces, ac talia fatur:	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 3.	Audite ô proceres, ait, & spes discite vestras:	
<i>Aen.</i> 5.	Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit,	
<i>Aen.</i> 5.	Promissisque patris vestra, inquit, munera vobis	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 5.	Certa manet pueri, & palmâ mouet ordine nemo.	

23. *Christus prænunciat passionem suam Apostolis.*

<i>Aen.</i> 8.	Et lux cum primùm terris se craftina reddet,	
<i>Aen.</i> 5.	Vnus erit tantum in me excidiumque meorum,	<i>Aen.</i> 8.
<i>AEn.</i> 7.	Dum paci medium se offert de corpore nostro:	<i>AEn.</i> 1.
<i>Aen.</i> 5.	Namque dies, ni fallor, adest, secludite curas:	<i>Aen.</i> 1.
<i>AEn.</i> 1.	Mecum erit iste labor, nec me sententia fallit.	<i>Aen.</i> 10.
<i>Aen.</i> 5.	Vnum pro multis dabitur caput. hæc ita fatus	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 3.	Conticuit, seramq; dedit per membra quietem.	<i>Aen.</i> 8.

24. *Tumultus fit in Iudæis postulantis à Pilato
Christum crucifigi.*

<i>Aen.</i> 4.	Oceanum interea surgens aurora reliquit.	
<i>Aen.</i> 8.	Iamque sacerdotes latè loca questibus implent	<i>Geo.</i> 4.
<i>Aen.</i> 8.	Cum populo & patribus, serpitque per agmina	<i>AE.</i> 12.
	murmur	
<i>Aen.</i> 1.	Quid genus hoc hominum? quæue hunc tam bar- bara morem	
<i>AE.</i> 1.	Permittit patria? pœnas cum sanguine poscunt	<i>Aen.</i> 2.
<i>AEn.</i> 2.	Vndique collecti, & magno clamore sequuntur	<i>AE.</i> 10.
<i>AEn.</i> 5.	Insontem, sæuitq; animis ignobile vulgus.	<i>Aen.</i> 1.

D 2

25. *Christus*

PROBAE FALCONIAE.

25. *Christus horâ sextâ illuditur, & ducitur ut
crucifigatur.*

<i>Aen. 8.</i>	Sol medium interea conscenderat igneus orbem:	
<i>Aen. 1.</i>	Cum subitò acciti omnes populusq; patresq;	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Exposcunt fariq; iubent, quo sanguine cretus,	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Quid uè petat, quid uè ipse ferat: præclara tuentes	<i>Aen. 10.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Facta viri mistus dolor & stupor vrget inertes.	<i>Geor. 3.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Nescia mens hominum! certant illudere capto.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Ecl. 6.</i>	Tum verò raptis concurrunt vndiq; telis:	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 12.</i>	Tollitur in cœlum clamor, cunctiq; repentè	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis	
<i>Aen. 11.</i>	Ingentem ramum decilis vndique ramis	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Constituunt, spirisque ligant ingentibus illum,	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Tendebantq; manus pedibus per mutua nexis,	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 6.</i>	(Triste ministeriû) sequitur quos cætera pubes,	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Ausi omnes immane nefas ausoque potiti.	
<i>Aen. 10.</i>	Ille autem impavidus, quo vincula nectitis, inquit,	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?	
<i>Aen. 1.</i>	Post mihi non simili poenâ commissa luetis.	
<i>Aen. 2.</i>	Talia perstabat memorans fixusq; manebat.	

26. *Sol obscuratur & fit terra motus.*

<i>Aen. 4.</i>	Interea magno misceri murmure cœlum	
<i>Aen. 1.</i>	Incipit, & rebus nox abstulit atra colorem:	<i>Aen. 6.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Impiaque æternam timuerunt sæcula noctem.	
<i>Geor. 1.</i>	Terra tremit, fugere feræ, & mortalia corda	
<i>Geor. 1.</i>	Per gentes humilis strauit pauor: inde repentè	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Dat tellus gemitum, & cœlû tonat omne fragore.	<i>Aen. 9.</i>

27. *Christus descendit ad inferos.*

<i>Aen. 1.</i>	Extemplo commotæ Erebi de sedibus imis	<i>Geor. 4.</i>
<i>Geor. 4.</i>	Vmbrae ibant tenues, tellus quoq; & æquora Ponti	<i>Geor. 1.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Signa dabant: sistunt amnes terræq; dehiscunt.	<i>Geor. 1.</i>

Quin

VIRGILIOCENTONES.

Geor. 4.	Quin ipsæ stupuere domus atque intima lethi	
Geor. 4.	Tartara, & vmbrosæ penitus patuere cauernæ:	Aen. 8.
Geor. 1.	Sol quoq; & exoriens (cuncti se scire fatentur)	Aen. 11.
Geor. 1.	Tunc caput obscurâ nitidum ferrugine textit.	

28. *Fugiunt Apostoli.*

Aen. 4.	Diffugiunt comites, & nocte teguntur opacâ,	
Aen. 8.	Multaq; dura suo tristi cum corde volutant.	Aen. 6.
Aen. 9.	Quid faciant? hærent infixi pectore vultus	Aen. 4.
Aen. 4.	Verbaq; nec placidam membris dat cura quietē.	

29. *Conqueritur Petrus cum socijs.*

Aen. 5.	Tum senior tales referebat pectore voces	
Aen. 6.	Multa putans, vbi nunc nobis Deus ille magister,	Aen. 5.
Aen. 3.	Quem seqmur? quoue ire iubes? vbi ponere sedē?	
Aen. 10.	O dolor atq; decus tantarum gloria rerum!	Aen. 4.
Aen. 2.	Iam iam nulla mora est, & nos rape in omnia tecū	Aen. 2.
Aen. 1.	Oramus: teq; aspectu ne subtrahe nostro.	Aen. 6.

30. *Christus tertiâ die resurrexit.*

Aen. 11.	Hos inter motus, media inter talia verba,	AE. 12.
Aen. 11.	Tertia lux gelidam cœlo dimouerat vmbam:	
Geor. 4.	Iamq; pedem referens superas veniebat ad auras.	Geor. 4.
Aen. 2.	Cum subitò ante oculos ingenti mole sepulcrum,	Aen. 6.
Aen. 11.	Corp⁹ vbi exanimum positū (nec claustra, nec ipsi	Aen. 2.
Aen. 2.	Custodes sufferre valent) auulsaque saxis	Aen. 2.
Aen. 2.	Saxa vident, laxis laterum compagibus arctis.	Aen. 1.
Aen. 9.	Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus.	
Aen. 2.	Horror vbiq; animos simul ipsa silentia terrent.	

31. *Foribus clausis apparet Christus Apostolis.*

Aen. 8.	Ecce autem primi volucrum sub culmine cantus	Aen. 8.
Aen. 6.	Ingreditur linquens antrum spolijsq; superbus	Aen. 8.
Aen. 6.	Ibat ouans, pulsuque pedum tremit excita tellus:	Aen. 12.
Aen. 2.	Vulneraq; illa gerens foribus sese intulit arctis.	Aen. 11.

PROBAE FALCONIAE.

<i>Aen.</i> 2.	Atque hinc ingentem comitum affluxisse nouerū	
<i>Aen.</i> 2.	Inuenit admirans numerum, cunctisq; repente	<i>AEn.</i> 1.
<i>AEn.</i> 1.	Improuisus ait: coram quem quaeritis adsum.	
<i>Aen.</i> 6.	Vicit iter durum pietas, & uirida virtus.	<i>AEn.</i> 5.
<i>AE.</i> 4.	Præcipites vigilate viri, timor omnis abesto.	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 11.	Hi nostri reditus, expectatique triumphi:	<i>AE.</i> 11.
<i>AE.</i> 11.	Hæc mea magna fides. ô terq; quaterq; beati,	<i>AEn.</i> 1.
<i>AEn.</i> 9.	Quæ nobis, quæ digna viri, pro laudibus istis,	
<i>AEn.</i> 9.	Præmia posse rear solui? quæ dona parari?	
<i>AE.</i> 3.	Accipite ergo animis: quæ vos à stirpe parentum	<i>Aen.</i> 3.
<i>AE.</i> 3.	Prima tulit tellus, eadem vos vberè læto	<i>Aen.</i> 3.
<i>AE.</i> 3.	Accipiet: reuocate animum, mœstumq; timorem	<i>Aen.</i> 1.
<i>AEn.</i> 1.	Mittite, iam & vosmet rebus seruate secundis.	<i>Aen.</i> 1.

32. *Commendat pacem discipulis & ostendit
vulnera dubitantibus de
ipso.*

<i>Aen.</i> 9.	Quod superest læti bene gestis corpora rebus	
<i>AE.</i> 10.	Pacem orate manu, pacem laudate sedentes	
<i>AE.</i> 12.	Magnanimi: pacis solum inuiolabile pignus.	<i>Aen.</i> 11
<i>AEn.</i> 5.	Et simul his dictis faciem ostentabat, & ora,	
<i>Aen.</i> 6.	Ora manusque ambas populataq; pectora ferro:	
<i>Aen.</i> 5.	Immiscentq; manus manibꝰ gaudentq; videntes.	
<i>AE.</i> 6.	Nec vidisse semel fatis est, iuuat vsque morari.	
<i>AE.</i> 6.	Et conferre gradum, & dextræ coniungere dextrâ.	<i>Aen.</i> 8.

33. *Ascendit ad cælos videntibus discipulis.*

<i>AE.</i> 6.	His demum exactis, spirantes dimouet auras	<i>Aen.</i> 9.
<i>Geo.</i> 3.	Aëra per tenerum, cæloque inuectus aperto	<i>AEn.</i> 1.
<i>AE.</i> 4.	Mortales visus medio in sermone reliquit.	
<i>AEn.</i> 1.	Infert se septus nebulâ (mirabile dictu)	<i>Aen.</i> 8.
<i>AE.</i> 7.	Ac illum folio stellantis regia cœli	

Accipit,

VIRGILIOCENTONES.

<i>AE.</i> 7.	Accipit, æternumq; tenet per sæcula nomen.	<i>AE.</i> 6.
<i>AE.</i> 8.	Ex illo celebratus honos, lætique minores	
<i>AE.</i> 8.	Seruauere diem tot iam labentibus annis.	<i>AE.</i> 2.
<i>AE.</i> 6.	I decus: nostrum tantarum gloria rerum!	<i>AE.</i> 4.
<i>AE.</i> 1.	Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebūt.	
<i>AE.</i> 8.	Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo	
<i>AE.</i> 8.	Annua, quæ differre nefas: celebrate fauentes	
<i>AE.</i> 3.	Hunc focij morem sacrorum: hunc ipse teneto	
<i>AE.</i> 2.	O dulcis coniunx: & si pietate meremur	<i>AE.</i> 2.
<i>AE.</i> 3.	Hac casti mancant in relligione nepotes.	



HEN-

SCHOLIA IN

HENRICI MEIBOMII

ad
Proba Falconia Hortina
Virgiliocentones
SCHOLIA.



DE FALCONIA quorundam auctorum iudicia & testimonia supra adduximus: nunc ut lectori studioso satisfiat, de patria & domo poetriae huius, deq; opere ipso coronidis loco quaedam subiungemus. Ac primum constat Falconiam varie appellatam. Marianus episcopus Amerinus, Iulio Roscio teste, in Scholis ad Epistolam D. Hieronymi 130. Falconiam: Bibliotheca Vaticana Flatoniam Vecciam: Romana marmora Faltoniam Aniciam nominant. Atque ut de nomine, sic de patria variatum. Lilius Gyraldus Romanam, Boccatius ex opido Orthi oriundam facit. Iulius Roscius, innixus Philippi Bergomaris testimonio, alijsq; indicijs, communi videlicet gentis consensui, & inueterate ciuium opinioni insistens, Hortina urbi plane eam restituit. Adde & hoc superesse etiamnum forum ipsius nomen referens, & fastigia domus non ita pridem vetustate collapsa dictae rei fidem facere.

Exstant Romae in edibus Caesorum & alibi, Inscriptiones tres, in quibus Proba huius, (ut Aldus Manuccius, & qui eum sequitur Iulius Roscius, non abs re sentiunt) iterata mentio. Ponemus autem primo ipsa antiquitatis monumenta, quemadmodum in volumine Inscriptionum Lugduni Bataurorum impresso exstant, (in Romano enim codice Centonum Falconie deprauate leguntur) deinde de nostro aliquid addemus.

Romae

CENTONES PROBÆ.

Romæ in domo Cælia.

ANICIAE. FALTONIAE
PROBÆ. AMNIO. PINCIOS.
ANICIOSQUE. DECORANTI
CONSVLIS. VXORI
CONSVLIS. FILIAE.
CONSVLVM. MATRI
ANICIVS. PROBINVS. V C
CONSVL. ORDINARIVS
ET. ANICIVS. PROBVS. V C
QVAESTOR. CANDIDATVS.
FILII. DEVINCTI
MATERNIS. MERITIS
DEDICAVERVNT

In domo Cælia

ANICIAE. FALTONIAE
PROBÆ. FIDEL. NOBILITA-
TIS. ANTIQVAE. ORNA-
MENTO. ANICIANAE
FAMILIAE. SERVANDAE. ET
DOCENDAE. CASTITATIS
EXEMPLE. CONSVLVM
PROLI. CONSVLVM. MATRI
ANICIVS. HERMOGENIANVS
OLYBRIVS. V. C.
CONSVL. ORDINARIVS
ET. ANICIA. IVLIANA. CF
EIVS. DEVOTISSIMI. FILII
DEDICAVERVNT

E

Romæ

SCHOLIA IN
Romæ in æde Vallen.

ANICIAE. FALTONIAE
INLVSTRISSIMAE. ET
SANCTISSIMAE.
CASTISSIMAE. FEMINAE
HERMOGENIANVS. OLYBRIVS
V.C. CONSVL ORDINARIVS
ET. ANICIA. IVLIANA. CF.
D. D.

Lib. 23. Certum est Olybrium præfectum urbis sub Valentiano Cesare floruisse: quem Ammianus Marcellinus, virum grauiſſimum & calumniarum infectatorem appellat. Idem postea consulatum gessit cum D. Magno Ausonio, sub Gratiano Aug. anno V.C. MCXXXI. In Fastis Capitolinis vocatur Q. Clodius Hermogenianus Olybrius. *In Notis ad Claudian.* M. Ant. Del-rio cognomentum Probi ei tribuit. In matrimonio Olybrij fuit Anicia Proba, mulier incomparabilis: de qua Hieronymus ad Demetriadem puellam sic scribit: Proba illa, omnium dignitatum, & cunctæ nobilitatis in orbe Rom. nomen illustrius: cuius sanctitas, & in vniuersos effusa bonitas, etiam apud barbaros venerabilis fuit, quam trium liberorum Probi, Olybrij & Probi non defatigarunt ordinarij consulatus. Multus est in laudibus eius decantandis Claudianus Poëta in panegyri de Probi & Olybrij fratrum consulatu: partem subiicio:

Talem nulla refert antiquis pagina libris,
Nec Latia cecinere tubæ, nec Græca vetustas:
Coniuge digna Probo.

Ep. 179. Et exstat Aurelij Augustini, Hipponensis episcopi, epistola ad eandem exarata. Patrem habuit Sextum Petronium Probum, *procos.*

CENTONES PROBÆ.

Procos. Africa, præf. prætorio: qui in eodem honore cos. cum Gratiano Aug. fuit, anno V. C. MCXXIII. In auctario veterum Inscriptionum, quod Lipsium auctorem habet, extat monumentum eius honori positum. Laudatur etiam ab Ausonio, ut qui sit

Epist. 17.

Stirpis nouator Ammiæ:
Paribusque comet infulis,
Aniciorum stemmata.
Quem nemo fando dixerit,
Qui non prius laudauerit.

Claudianus res eius præclare gestas, moderationem, liberalitatem, aliasque virtutes regias mirifice commendat. Apud Ammianum summatum omnium maximus, vocatur. Epitaphium mortuo scriptum, & Romæ sub Nicolao V. P. M. inuentum, recitat Iulius Roscius. Fuit autem Romæ honorata admodum, & illustris Aniciorum familia, in quâ, D. Hieronymo teste, aut nullus, aut rarus fuit, qui non meruerit consulatum. Idem affirmat Claudianus his verbis:

Libr. 22.

Ad Demetriad.

—————quemcunq; requires

Hac de stirpe virum, certum est de Consule nasci.

Datum præterea huic familiae illud à senatu priuilegium, ut dicendæ primo loco sententiæ ius haberet: auctor Claudianus. Mature, adeoque Constantini M. tempore Euangelium Iesu Christi amplexa est, teste Prudentio.

Fertur enim ante alios generosus Anicius vrbs Illustrasse caput.

lib. 1. contra Symmachum

Dedit subsequentibus temporibus Ecclesiæ martyres, dedit Reipublicæ Imperatores, quâ de re videantur, Geor. Fabr. commentario in Ecclesiast. Poëtas: Cesar Baronus Soranus annal. Ecclesiasticor. tom. 3. pag. 211. & idem in Notis Martyrolog. Roman. die 31. Maij. Imprimis autem familiae huic splendori & ornamento fuerunt Probe nostræ filij, Sex. Anicius Petron. Hermogen. Olybrius, Sex. Anicius Probinus, & Sex. Anicius Probus: qui singuli ad consularem dignitatem prouecti sunt: ita tamen, ut Olybrius & Probinus, inusitato antea exemplo, simul magistratum gererent, & quidem

SCHOLIA IN

dem contra leges puerili adhuc etate, ut Hieronymus & Claudianus testes sunt. Laudes fratrum horum inuenias apud Hieronymum, in epistolâ ad Demetriada puellam, Olybrij ex Tyranniâ Iulianâ coniuge filiam: apud Claudianum in panegyri Probino & Olybrio dictâ, item in epistolis: apud Aurelium Symmachum lib. 5.

Ioannes
Bapt. E-
gnat. pr.
Roman.
lib. 1.

epist. 65. 66. 67. 68. 69. Ad Probam redeo. Sunt qui affirmant huius operâ Romam in potestatem Gothorum venisse anno ab eius fundatione MCLXIV. Nam cum eam biennio Alaricus rex Gothorum obsideret acriter, atq; ciues cum fame & morbis colluctarentur, lugubre spectaculum miserata Proba, portam Gothis patefecisse dicitur, satius putans, urbem eneruatam & exhaustam victori tradi, quam obstinatâ rebellionem ciues vniuersos interire. Nos in medio ista relinquimus. Quando viuendi finem fecerit ignoratur: superest epitaphium in antiquitat. Rom. à Geor. Fabricio positum, & in Inscriptionum Volum. repetitum, quod cum breue sit, adscribendum duxi.

Pag. 75.

Pag. 71.

CONSIMILES. FRATRVM. TRABEIS GESTAMINA. HONORVM
TERTIA. QVAE. DEDERANT. ADDIDIMVS. TITVLIS
DILECTAE. PROBVS. HAEC. PERSOLVIT. MVNERA. MATRI
RESTITVENS. STATVIS. PRAEMIA. QVAE. DEDERAT

Haëtenus de Probâ dictum, nunc de operibus, quae reliquit. Scripsisse alia, ex proœmio colligas, quae tamen non exstant nunc: superest Cento, opus lepidum & laboriosum, pium omnino. In concinnando eo Proba plusculum sibi indulxit, quod Ausonius, idem scribendi genus tractans, ausus non est: sed meretur veniam Poëtria difficultate materiae & varietate historiarum, ut id faceret coacta. Nos immutare temere nihil voluimus: contulimus tamen omnia cum suis locis, unde deprompta sunt, ut de lectione genuinâ veraq; liquido nobis constaret. Secuti autem sumus fidem exemplaris Romani, quod industriâ Iulij Roscij Hortini cum MS. Vaticanis collatum & emendatum, operâ Damiani Granae, anno Christi 1588. lucem vidit. Variat illud aliquot in locis ab alijs editionibus, tam in Germaniâ, quàm Galliâ haëtenus excusis. Primum praefatio auctior est 15. versibus qui initio preponuntur. Tribuuntur ijdem ab alijs

CENTONES PROBÆ.

alijs Cælio Sédulio, ut monet Geor. Fabricius, sed eius non esse idem ^{Commēt.}
affirmat, & nos facile credimus. Cum autem aliter ibi reci. ^{ad Poët.}
tentur, ex Fabricio integros huc apponemus. ^{Christ.}

Romulidum ductor, clari lux altera Solis,
Eoûm qui regna tenes moderamine iusto,
Spes orbis, fratrisque decus dignare Maronem
Mutatum in melius diuino agnoscere sensu,
Scribendum famulo quem iussisti: hic tibi mundi
Principium, formamq; poli, hominemq; creatum
Expediet limo: hic Christi proferet ortum,
Infidias regis, Magorum præmia, doctos
Discipulos, pelagiq; minas, gressumq; per æquor.
Hic fluctuum famulare iugum, vitamq; reductam
Vnius crucis auxilio, reditumque sepultæ
Mortis, & ascensum pariter sua regna petentis.
Hæc relegas seruesque diu, tradasque minori
Arcadio: hæc ille suo generi: hæc tua semper
Accipiat, doceatq; suos Augusta propago.

In secunda partis, Noui videlicet Testamenti, Centone duodecimo eadem editio duos versus ante penultimo præponit, quos in alijs non reperias. In decimo-sexto, ut & decimo-septimo, discrepantiam similiter animaduertas, nos Romanam vti plenior sequi maluimus. In vicesimo Centone retinuimus ordinem Romanæ editionis, & historiam Christi in mari ambulantis, ingressui in urbem Hierosolymam præposuimus, idq; ex auctoritate historiae Euangelicæ, ex quâ illud perspicuum. Vicesimus tertius Cento in Plateani editionis Coloniensis exemplo tres versus habet, quos reliquæ, Romana etiam, ignorant. collocantur autem ante penultimum, hoc modo:

Eia age, care pater, ceruici imponere nostræ,
Ipse subibo humeris, nec me labor iste grauabit.
Quo res cunq; cadet, vnum & commune periculum
Vnum pro multis dabitur: &c.

E 3

Sed

SCHOLIA IN CENTON. PROBÆ.

Sed si quid sagacius odoror, à Plateano isthic inserti sunt. Fugam Discipulorum, que nobis vicesimum-octauum centonem gignit, alij vicesimo-tertio subiungunt, vt vicesimum-quartum faciat: nos facimus cum Romano exemplari, & quidem nostrâ opinione non sine causâ.

In argumentis, singulis Centonibus præfixis, secuti sumus editionem H. Stephani, à quâ nonnihil recedit Plateanus: Romanae nulla sunt, sed serie continuâ tota historia deducitur. Veterum codicum periocha admodum sunt vitiose, itaq; à nobis neglectæ. In numeris restituendis mirum quantum laborauerimus: opera-precium fecisse nos nemo negabit. Postremò monendum ex Stephano putamus, in veteri quodam exemplari, Antverpia impresso, Centonem Probæ isto versu Accipit æternumq; tenet, &c. claudi: que clausula cum inepta non sit, sequentes tamen versus, quia elegantes & appositi, iure nullo reijciendi videntur. A Gelasio Papâ quod opus hoc reiectum, & lectu indignum iudicatum, imperitiæ & errori tribuatur: nobis pietas eiusq; promouenda conatus honestissimi sufficiant. Itaq; in Ecclesia & Scholis hoc poema

Laudetur, placeat, vigeat, relegatur, ametur.






D. MAGNI
AVSONII BURDIGA-
LENSIS, VIRI CONSV-
LARIS

CENTO NVPTIALIS,

ex recensione
HENRICI MEIBOMII
Lemgoiensis.



HELMAESTADII



IVDICIVM IVLII CAESARIS SCALI-
geri de Centone nuptiali D. Auso-
nij Magni.

lib. 1. Poëtices cap. 43.

*Centones appellati sunt á centonibus, quibus fiunt stra-
gula. Tale apud Ausonium poëma valde ingeniosum &
lepidum, ex frustis Virgilianis coagmentatum.*

HENRICI STEPHANI, IN LIBRO
cui titulus Centonum & Parod.
exempla.

*Nullo modo dignus est Ausonij labor, qui cum mulieris
huius (Falconia) labore, ad argumentum quod attinet,
conferatur. Sed non pari successu suum hæc tractasse à non-
nullis fortasse iudicabitur.*



Ausonius





AVSONIVS PAVLO S.

Perlege hoc etiam si operæ est, friuolum & nullius pretij opusculum: quod nec labor excudit, nec cura limauit: sine ingenij acumine, & moræ maturitate CENTONEM vocant, qui primi hac concinnatione luserunt. Sola memoria negocium sarsa colligere, & integrare lacerata: quod ridere magis, quàm laudare possis. Pro quo, si per Sigillaria in auctione veniret, neq; Afranius nauci daret, nec Stichum suum Plautus offerret. Piget enim Virgiliani carminis dignitatem tam ioculari dehonestasse materiâ: sed quid facerem? iussum erat. quodq; est potentissimum imperandi genus: rogabat, qui iubere poterat, Imperator Valentinianus, vir meo iudicio eruditus: qui nuptias quondam eiusmodi ludo descriperat, aptis equidem versibus, & compositione festiuâ. experiri deinde volens, quantum nostrâ contentione præcelleret, simile nos de eodem concinnare præcepit. Quam scrupulosum hoc mihi fuerit: intellige. Neq; anteferri volebam, neque posthaberi: quum aliorum quoq; iudicio detegenda esset adulatio inepta, si cederem: insolentia, si, ut amulus, emerem. Suscepi igitur similis recusanti: feliciterq; & obnoxius gratiam tenui: nec victor offendi. Hoc, die vno, & additâ lucubratione properatum, modo inter liturarios meos cum reperissem: tanta mihi candoris tui, & amoris fiducia est, vt seueritati tuæ nec ridenda subtraherem. Accipe igitur opusculum de inconnexis continuum, de diuersis vnum, de serijs ludicrum, de alieno nostrum: ne in sacris & fabulis, aut Thyonianum mireris, aut Virbium illum de Dionysio, hunc de Hippolyto reformatum. Et si pateris, vt doceam, docendus ipse, CENTO quid sit: absoluam. Varijs de locis, sensibusq; diuersis, quedam carminis structura solidatur: in vnum versum vt cœant, aut cæsi duo, aut vnus & sequens cum medio. Nam quos iunctim locare, ineptum est: & tres vnâ serie meræ nugæ.

F Diffun-

AVSONII

Diffunditur autem per casuras omens, quas recipit versus Heroicus:
 conuenire ut possit, aut penthemimeris cum reliquo anapasto: aut
 trochaice cum posteriore segmento, aut septem semipedes cum ana-
 pastico chorico: aut post dactylum atq; semipedem, quicquid restat
 hexametro. Simile ut dicas ludicro, quod Graeci *σπράλιο* vocauerunt.
 Oscilla ea sunt, ad summam quatuordecim figuras Geometricas ha-
 bent. Sunt enim equilatera: vel triquetra: extentis lineis: aut reclus
 angulis, vel obliquis: isoscele vel isopleura: orthogonia quoq; vel scale-
 na. Harum vertibularum varijs coagmentis simulantur species mille
 formarū, Elephantus bellua: aut aper bestia: anser volans: & mirmil-
 lo in armis subsidēs: venator: & latrans canis: quin & turris: & can-
 tharus: & alia huiusmodi innumerabilium figurarum: quae alius alio
 scientius variegant. Sed peritorum concinnatio miraculum est: im-
 peritorum iunctura ridiculum. Quo praedicto, scies: quod ego poste-
 riorem imitatus sum. Hoc ergo centonis opusculum, ut ille ludus tra-
 ctatur: pari modo, sensus diuersi ut congruant: adoptiua quae sunt,
 ut cognata videantur: aliena ne interluceant: accersita ne vim
 redarguant: densa ne supra modum protuberent: hiulca ne pate-
 ant. Quae si omnia ita tibi videbuntur, ut praecipit, dices me
 composuisse Centonem. Et quia sub Imperatore meo tum merui:
 procedere mihi inter frequentes stipendium iubebis. Sin aliter, aere
 dirutum facies: ut cumulo carminis in fiscum redactio, redeant
 versus, unde venerunt. Vale.

AVSONII CENTO NVPTIALIS.

Aen. 5.	Accipite haec animis: laetasque aduertite mentes,	
Aen. 11	Ambo animis, ambo insignes praestantibus armis:	
Ecl. 7.	Ambo florentes, genus insuperabile bello.	AE. 4.
Aen. 6.	Tuque prior, nam te maioribus ire per altum	Aen. 3.
Aen. 3.	Auspicijs manifesta fides. quo iustior alter	Aen. 1.
Aen. 1.	Nec pietate fuit, nec bello maior & armis.	
Aen. 4	Tuq; puerq; tuus, magnae spes altera Romae,	Aen. 12
Aen. 8.	Flos veterum virtusq; virum, mea maxima cura,	Aen. 1.
		Nomi-

CENTO NVPTIAL.

Aen. 12. Nomine auſu referens animo manibusq; parentē.
AE. 6. Non iniuſſa cano. ſua cuiq; exorſa laborem *Aen.* 10.
Aen. 10. Fortunamq; ferent. mihi iuſſa capeſſere fas eſt. *AEn.* 1.

Cæna nuptialis.

Aen. 5. Exſpectata dies aderat digniſq; hymenæis *AE.* 11.
AE. 6. Matres atq; viri, iuuenesque ante ora parentum *Geor.* 4.
Aen. 1. Conueniunt, ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro.
AEn. 0. Dant famuli manibꝰ lymphas, onerantq; caniſtris *AEn.* 8.
AE. 8. Dona laboratæ Cereris, pinguiſque ferinæ *AEn.* 1.
AE. 8. Viſcera toſta ferunt. ſeries longiſſima rerum. *Aen.* 1.
Aen. 8. Alituum pecudumq; genus, capræq; ſequaces *Geor.* 2.
Geor. 3. Non abſunt illis, nec oues hoediq; petulci, *Geor.* 4.
Geor. 3. Et genus æquoreum damæ ceruiq; fugaces. *Geo.* 3.
AE. 11. Ante oculos, interq; manus ſunt mitia poma. *Ecl.* 1.
Aen. 8. Poſtquã exempta fames, & amor compreſſꝰ edēdi:
AEn. 1. Crateras magnos ſtatuunt, Bacchumq; miniſtrāt. *Aen.* 8.
Aen. 2. Sacra canunt, plaudūt choreas: & carmina dicunt. *AE.* 6.
Aen. 6. Nec non Threijcius longâ cum veſte ſacerdos, *Aen.* 12
Aen. 6. Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.
Aen. 9. At parte ex aliâ, biforem dat tibi cantum. *Aen.* 10
Aen. 4. Omnibus vna quies operum, cunctiq; relictis *Aen.* 8.
Aen. 8. Conſurgunt menſis. per limina læta frequentes *Aen.* 1-
Aen. 9. Diſcurrunt. variantque vices populuſq; patreſq; *Aen.* 9.
AE. 11. Matronæ, pueri. vocemq; per ampla volutant *Aen.* 1.
Aen. 1. Atria, dependent lychni laquearibus aureis.

Deſcriptio egredientis Sponſæ.

Aen. 4. Tandem progreditur Veneris iuſtiſſima cura, *Aen.* 10.
AE. 7. iam matura viro, iam plenis nubilis annis:
Aen. 1. Virginis os habitumq; gerens, cui plurimus ignē *Aen.* 12
Ae. 12. Subiecit rubor, & calefacta per oſſa cucurrit.
Aen. 7. Intentos voluens oculos, vritque videndo, *Geor.* 3.
Aen. 7. Illam omnis rectis agrisq; effuſa iuuentus,
Aen. 7. Turbaque miratur matrum. veſtigia primi *Aen.* 5
Alba

AVSONII

<i>Aen.</i> 5.	Alba pedis, dederatq; comam diffundere ventis.	
<i>Aen.</i> 3.	Fert picturatas auri sub tegmine vestes,	
<i>Aen.</i> 1.	Ornatus Argiuæ Helenæ. qualisq; videri	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 2.	Coelicolis & quanta solet Venus aurea contra :	<i>Aen.</i> 10.
<i>Aen.</i> 6.	Talis erat species : talem se læta ferebat	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 2.	Ad foceros, folioque altè subnixa refedit.	<i>Aen.</i> 1.

Descriptio egredientis Sponsi.

<i>Aen.</i> 9.	At parte ex aliâ foribus sese intulit altis	<i>Aen.</i> 11
<i>Aen.</i> 9.	Ora puer primâ signans intonsa iuventâ,	
<i>Aen.</i> 9.	Pictus acu chlamydè auratam. quâ plurima circû	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 5.	Purpura Mæandro duplici Melibæa cucurrit:	
<i>Aen.</i> 10.	Et tunicam molli mater quam neuerat auro.	
<i>Aen.</i> 1.	Os humerosq; Deo similis, lumenq; iuventæ.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 8.	Qualis vbi Oceani perfusus lucifer undâ	
<i>Aen.</i> 8.	Extulit os sacrum cœlo : sic ora ferebat,	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 3.	Sic oculos. cursuq; amens ad limina tendit.	<i>Aen.</i> 2.
<i>Æ.</i> 12.	Illum turbat amor, figitq; in virgine vultus.	
<i>Aen.</i> 1.	Oscula libavit, dextramq; amplexus inhæsit.	<i>Aen.</i> 8

Oblatio munerum.

<i>Aen.</i> 5.	Incedunt pueri, pariterq; ante ora parentum	
<i>Æ.</i> 5.	Dona ferunt, pallam signis auroq; rigentem,	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 11	Munera portantes, auriq; eborisq; talenta,	
<i>Aen.</i> 11.	Et sellam, & pictum croceo velamen acantho.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Ingens argentum mensis, colloq; monile	<i>Aen.</i> 1.
<i>Æ.</i> 1.	Baccatum, & duplicem gemmis auroq; coronam.	
<i>Aen.</i> 5.	Olli serua datur, geminiq; sub vbere nati.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 10	Quatuor hic iuvenes, totidem innuptæq; puellæ:	
<i>Aen.</i> 5.	Omnibus in morem tonsa coma. pectore summo	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 5.	Flexilis obtorti per collum it circulus auri.	<i>Aen.</i> 5.

Epithalamium utriq;

<i>Aen.</i> 10	Tum studio effusæ matres ad limina ducunt.	<i>Aen.</i> 10
<i>Geo.</i> 4.	At chorus æqualis, pueri innuptæque puellæ,	<i>Æ.</i> 2.
		Ver-

CENTO NVPTIAL.

Geo. 2.	Verfibus incomptis ludunt: & carmina dicunt.	Aen. 6.
Ecl. 8.	O digno coniuncta viro, gratissima coniunx,	AE. 10.
Aen. 1.	Sis felix, primos Lucinæ experta labores,	Geo. 4.
Geo. 4.	Et mater. cape Mæonij carchesia Bacchi.	
Aen. 8.	Sparge marite nuces. cinge hæc altaria vittâ,	Ecl. 8.
Aen. 8.	Flos veterum, virtusq; virum: tibi ducitur vxor	Ecl. 8.
Aen. 1.	Omnes vt tecum meritis pro talibus annos	
AE. 1.	Exigat, & pulcrâ faciat te prole parentem.	
Aen. 9.	Fortunati ambo. si quid pia numina possunt	Aen. 4.
Aen. 3.	Viuite felices, dixerunt. currite fufis	Ecl. 4.
Ecl. 4.	Concordes stabili fatorum numine Parcæ.	

Ingressus in cubiculum.

Geor. 4.	Postquam est in thalami pendentia pumice tecta	
Geor. 4.	Peruentum: licito tandem sermone fruuntur.	AE. 8.
Aen. 8.	Congressi iungunt dextras: stratisq; reponunt.	Aen. 4.
Aen. 1.	At Cytherea nouas artes, & pronuba Iuno	AE. 4.
Aen. 11.	Sollicitat: suadetq; ignota laceffere bella.	
AEn. 1.	Ille vbi complexu molli fouet: atq; repente	
Aen. 8.	Accepit solitam flammam, lectumque iugalem:	AE. 4.
Aen. 6.	O virgo noua mi facies, gratissima coniunx:	Aen. 10.
Aen. 6.	Venisti tandem, mea sola & fera voluptas.	Aen. 8.
AEn. 2.	O dulcis coniunx. non hæc sine numine Diuum	Aen. 2.
AE. 12.	Proueniunt. placidonè etiam pugnabis amori?	Aen. 4.
Aen. 4.	Talia dicentem iamdudum auersa tuctur:	
Aen. 12.	Cunctaturque metu: telumq; instare tremiscit,	
Aen. 1.	Spem metumq; inter. funditq; has ore loquelas.	AEn. 5.
Aen. 10.	Per te, per, qui te talem genuere, parentes,	
Ecl. 2.	O formose puer, noctem non amplius vnam:	
Aen. 9.	Hanc tu, oro, solare inopem & miserere precantis	Aen. 10.
Aen. 12.	Succidimus, non lingua valet, non corpore notæ	
Aen. 12.	Sufficiunt vires, nec vox aut verba sequuntur.	
AEn. 9.	Ille autem: caussas nequicquam nectis inanes:	
Aen. 12.	Præcipitatq; moras omnes soluitq; pudorem.	Aen. 4.

Parecbasis.

Hactenus castis auribus audiendum mysterium nuptiale, ambitu loquendi & circumitione velavi. Verum quoniam Fescennios amat celebritas nuptialis: verborumque petulantiam notus vetere instituto ludus admittit: cetera quoque cubiculi & lectuli operata prodentur, ab eodem auctore collecta: ut bis erubescamus, qui & Virgilium faciamus impudentem. Vos, si placet, hic iam legendi modum ponite. cetera curiosis relinquite.

Imminutio.

<i>AE. 11.</i>	Postquam congressi solâ sub nocte per vmbra,	<i>Aen. 6.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Et mentem Venus ipsa dedit: noua praelia tentât.	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Tollit se arrectum, conantem plurima frustra,	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Occupat os, faciemq; pedem pede feruidus vrget.	<i>Aen. 12.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Perfidus alta petens, ramum qui veste latebat	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Sanguineis ebuli baccis, minioq; rubentem,	
<i>Aen. 12.</i>	Nudato capite, & pedibus per mutua nexis,	<i>Aen. 7.</i>
<i>AE. 3.</i>	Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum,	
<i>Aen. 10.</i>	Eripit à femore, & trepidanti feruidus instat.	
<i>Aen. 1.</i>	Est in secessu, tenuis quo semita ducit,	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Ignea rima micans. exhalat opaca Mephitim.	<i>AEn. 7.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Nulli fas casto sceleratum insistere limen.	
<i>Aen. 7.</i>	Hic specus horrendum, talis sese halitus atris	<i>Aen. 6.</i>
<i>AE. 6.</i>	Faucibus effundens nares contingit odore.	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Huc iuuenis notâ fertur regione viarum:	
<i>Aen. 5.</i>	Et super incumbens nodis & cortice crudo	
<i>AEn. 9.</i>	Intorquet summis adnixus viribus hastam.	
<i>Aen. 11.</i>	Hæsit, virgineumq; altè bibit acta cruorem.	
<i>Aen. 2.</i>	Insonuere cauæ, gemitumq; dedere cauernæ.	
<i>Aen. 11.</i>	Illa manu moriens telum trahit: ossa sed inter	
<i>Geor. 3.</i>	Altius ad viuum perfedit vulnere mucro:	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Ter sese attollens, cubitoq; innixa leuauit:	
<i>Aen. 4.</i>	Ter reuoluta toro est. manet imperterritus ille,	
<i>Aen. 3.</i>	Nec mora, nec requies: clauumq; affixus & hærens	<i>Aen. 5.</i>
		Nuf-

CENTO NVPTIAL.

Aen. 5.	Nusquam amittebat, oculosque sub astra tenebat.	
Aen. 6.	Itq; reditque viam totiens, vteroque recusso	Aen. 2.
Aen. 9.	Transadigit costas, & pectine pulsat eburno.	Aen. 6.
Aen. 5.	Iamque ferè spacio extremo, fessiq; sub ipsam	
Aen. 5.	Finem aduentabant. tum creber anhelitus artus,	Aen. 5.
Aen. 5.	Aridaq; ora quatit: sudor fluit vndique riuis.	
Aen. 11	Labitur exanguis: distillat ab inguine virus.	Geor. 3.

Contentus esto Paule mi,
Lasciuâ Paule paginâ.
Ridere nil ultra expeto.

Sed cum legeris, adesto mihi aduersus eos, qui, ut Iuuenatis ait,

Curios simulant & Bacchanalia viuunt.

ne forte mores meos spectent de carmine.

Lasciua est nobis pagina, vita proba:

Vt Plinius dicit: Meminerint autem, quippe eruditi, probatissimo viro Plinio in pœmatis lasciuiam, in moribus constitisse censuram. prurire opusculum Sulpitij, nec frontem caperare. esse Appuleium in vita Philosophum, in epigrammatis amatorem, in præceptis omnibus exstare seueritatem: in epistolis ad CereLLiam subesse petulantiam. Platonis Symposion composita in ephebos epyllia continere. Nam quid Anniani fescenninos? quid antiquis simi pœta Leuij Erotopagni libros loquar? Quid Euenum: quem Menander sapientem vocauit? Quid ipsum Menandrum? quid comicos omnes? quibus seuera vita est, & lata materia. Quid etiam Partheniam dictum causa pudoris? qui octauo Aeneidos, quum describeret coitum Veneris atq; Vulcani, yλιος πορνειων decenter immiscuit. Quid in tertio Georgicorum de summissis in gregem maritis? nonne obscœnam significationem honesta verborum translatione velauit? Et si quid in nostro ioco aliquorum hominum seueritas vestita condemnat: de Vergilo accersitum sciat. Igitur cui hic ludus noster non placet, ne legerit. aut cum legerit: obliuiscatur. aut non oblitus, ignoscat. etenim fabula de nuptijs est. & velit, nolit, aliter hæc sacra non constant.

A D



AD LECTOREM.

Ausonium Christo fidem dedisse, sunt qui affirmant: alij ex Paulini ad ipsum epistolis contrarium eliciunt: quorum sententiæ ut subscribam, Cento hic me cogit. Quid enim à religione Christianâ magis alienum, quam ea, quæ natura arcana & tecta esse vult, ambitiosis verborum phaleris innoxia iuventuti obijcere, eiq; ad peccandum occasionem præbere? Paganus itaq; mihi Ausonius, non Christianus: neq; ei hic locus: nisi ille iam pridem in omnium manibus Neq; absq; eo intellectu facile, quid Cento sit, quæ eius leges. Castrare autem Poëtam, hoc est, particulam eius omittere, honestè non potuimus. Transiliet igitur lector ista, quæ pietati officiunt, & cætera, sanè lepida, elegantia, amplectetur: tam enim Cento totus est elaboratus, quam pars illa inuerecunda. Hæc paucis monere visum fuit: ad explicationem Poëmatij de nostro aliquid adferre necesse non erat, siquidem præstantissimorum virorum industria in hac re sudarit, neque nostra diligentia opus.

LAELII

L A E L I I
C A P I L V P I M A N T V A N I,
Cento Virgilianus

*De vitâ Monachorum, quos vulgo F R A-
TRES appellant.*

Post æditiones Italicas, Gallicas & Germanicas
recensuit, & margini numeros ap-
posuit

H E N R I C V S M E I B O M I V S
Lemgoiensis.



H E L M A E S T A D I I
G

T E S T I

TESTIMONIA CLARORVM VIRORVM
de Lælio Capilupō.

Liber de Poëtis Germania &c.

de Lælio & Hippolyto Capilupis.

Andinos fontes Baptista refoderat: inde
Cum fratre Aonias Lælius hausit aquas.

*Henricus Stephanus in Centonum & pa-
rodiarum exemplis.*

*Tertius iam in certamen descendet quidam temporibus nostris exortus
CENTONVM concinnator, nomine CAPILVVS: quem licet ordine
postremum collocem, tantū abest, vt laudem postremam ei tribuere velim, vt
potius primā dignum esse iudicem, & de ipso etiam Ausonio, si cum eo conten-
dere velit, propemodū ausurus sim dicere, — impar congressus Achilli.*

*Et paullo post: Ad illos Virgilij versus vt reuertar, vel potius Capilupi
(tam lepida enim & ingeniosa concinnatione ex Virgilianis suos fecisse me-
ritò dicetur) magna ipsis etiam monachis est habenda gratia, quod eorum
vitam & mores tam festiue accommodationis antiquorum versuum materi-
am præbuerint, & qui prius serij tantum erant, iocosos etiam reddiderint.
Sed frustra tamen materiam hanc suppeditassent, nisi ea in hunc artificem:
incidisset: quo perfectiorem non solum non inueniri, sed ne desiderari quidem
posse dico. Vix enim ullam versus partem aut particulam apud Virgilium esse
puto huic argumento conuenientem, quam ille prætermiserit.*

Epitaphium

LÆLII CAPILVPI,

quod exstat Mantue in aede Diui Francisci.

Mantua te Læli meritò se iactat alumno:

Nam Maro quæ sonuit tu quoque voce sonas.

Et tua sint quamuis ex omni parte Maronis

Carmina, non eadem quæ canit ille, canis.

Non igitur mirum, si te modo Mantua ademptum

Certatim spargit floribus & lacrymis.

Vixit an. LXII. dies XV. obiit M. D. LX. III. Ian.

LÆLII



LAELII CAPILVPI

Cento

De vitâ Monachorum, quos vulgo Fratres appellant.

<i>Aen.</i> 1.	I LLE ego, qui quondam, cum Gallus amore periret	<i>Ecl.</i> 10.
<i>AE.</i> 6.	Noctes atque dies cecini sub tegmine fagi	<i>Geo.</i> 4.
<i>Geor.</i> 1.	Carminibus patrijs leuium spectacula rerum,	<i>Geor.</i> 4.
<i>Aen.</i> 7.	Maius opus moueo. Non hîc te carmine ficto	<i>Geo.</i> 2.
<i>Aen.</i> 5.	Magnanime Aenea: nec te rationis egentem	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 4.	Infelix Dido miseri post fata Sichæi:	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 12.	At fratres rerum dominos, gentemque togatam,	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 6.	Illustres animas, & corda oblita laborum,	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 11.	Dicam equidem, fretus citharâ fidibusq; canoris	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 10.	Fatidicæ Mantus. non omnia possumus omnes.	<i>Ecl.</i> 8.
<i>Aen.</i> 11.	O decus Italiæ, magnæ spes altera Romæ,	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 3.	Cura Deum Hippolyte, proles pulcerrima bello,	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 1.	Per tot ducta viros antiquæ ab origine gentis:	
<i>Aen.</i> 8.	Tu mihi, seu magni superas iam frigora Rheni,	<i>Aen.</i> 10.
<i>AE.</i> 5.	Horridus in iaculis & pelle Libystidis visæ,	
<i>Aen.</i> 7.	Arma inter regum, clypeoque insigne paternum	<i>Aen.</i> 7.
<i>AE.</i> 7.	Centum angues cinctamq; geris serpentibus hydrâ,	
<i>Aen.</i> 11.	Arduus insurgens & grandia lilia quassans:	<i>Ecl.</i> 10.
<i>Aen.</i> 9.	Siue Padi ripis augusta ad mœnia regis,	<i>Aen.</i> 7.
<i>AE.</i> 5.	Vnde genus ducis, Tyrio conspectus in ostro,	<i>Geo.</i> 3.
<i>Geo.</i> 4.	Inter sacra Deum patribus das iura vocatis:	<i>Aen.</i> 5.
<i>Geor.</i> 4.	Da facilem cursum, atq; audacibus annue cœptis.	
<i>AE.</i> 7.	Ab Ioue principium generis, si credere dignum est:	



C A P I T V L V P I

<i>Aen. 6.</i>	Dijs quanquam geniti, tot iam labentibus annis,	
<i>Aen. 6.</i>	Errabant aëti fatis maria omnia circum.	
<i>Aen. 6.</i>	Nulli certa domus: habitabant vallibus imis	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Seclusum nemus & scopulis pendentibus antrum,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Riparumq; thoros, inter deserta ferarum,	<i>Aen. 3.</i>
<i>Ecl. 2.</i>	Sole sub ardenti, gelidique sub ætheris axe.	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Iam tum relligio pavidos terrebat agrestes.	
<i>Aen. 3.</i>	Victum infelicem baccas lapidosaque corna	
<i>AE. 3.</i>	Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbæ.	
<i>Geor. 3.</i>	Pocula sunt fontes liquidi: non Massica Bacchi	<i>Geor. 3.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Munera, non illis epulæ nocuere repostæ.	
<i>Geor. 4.</i>	Nulla Venus, nullique animum flexere Hymenæi.	
<i>Aen. 6.</i>	Heu pietas, heu prisca fides! quis talia fando	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Temperet à lacrymis? Longo post tempore venit	<i>Ecl. 1.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Vnus, qui nobis Deus æthere missus ab alto.	<i>AE. 4.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Is genus indocile & dispersum montibus altis	
<i>Aen. 8.</i>	Composuit, legesque dedit. noua quærere tecta	<i>AE. 7.</i>
<i>AE. 7.</i>	Idem omnes simul ardor agit. labor omnia vincit	<i>Geor. 1.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Improbis, & rerum fato prudentia maior.	<i>Geor. 1.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Magnanimi Heroës, nati melioribus annis,	
<i>Aen. 1.</i>	Europâ atque Asiâ, super & Garamantas & Indos	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Centum vrbes habitant magnas, atq; aurea tecta:	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis.	
<i>Aen. 3.</i>	Tantum æui longinqua valet mutare vetustas.	
<i>AE. 6.</i>	Nunc & pauperiem & duros perferre labores	
<i>Geo. 3.</i>	Saxa per & scopulos, & virginitatis amorem,	
<i>Geor. 1.</i>	Religio vetuit, monitu imperioque Deorum.	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Quid loquor? an sua cuique Deus fit dira cupido?	<i>Aen. 9.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Ergo omni studio læti conuiuia curant;	
<i>Ecl. 5.</i>	Ante focum, si frigus erit: si messis: in vmbra.	
<i>Aen. 10.</i>	Hoc virtutis opus: glacies ne frigida lædat	<i>Geor. 2.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Molle pecus, scabiemq; ferat turpesq; podagras,	<i>Geor. 3.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.	
<i>Geor. 4.</i>	At genus immortale Deum præcepta secuti	<i>Geor. 4.</i>

In-

CENTO VIRGILIANVS.

<i>AEn.</i> 2.	Incumbunt generis lapsi sarcire ruinas.	<i>Geor.</i> 4.
<i>Geor.</i> 4.	Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum.	<i>Geor.</i> 4.
<i>AEn.</i> 1.	Iura magistratusque legunt, sanctumq; Senatum,	
<i>Aen.</i> 9.	Rectores iuuenum & rerum, regemq; tremendum,	<i>Geor.</i> 4.
<i>Geo.</i> 3.	Et quos aut pecori malint submittere habendo,	
<i>Geor.</i> 3.	Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas,	
<i>Geor.</i> 3.	Aut aris seruare sacris, aut scindere terram.	
<i>Geor.</i> 2.	Condit opes alius, grandæuis oppida curæ :	<i>Geor.</i> 4.
<i>Geor.</i> 4.	Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorte.	
<i>Aen.</i> 5.	Omnibus in morem tonsa est coma, obesaq; terga,	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Et crurum tenuis à mento palearia pendent.	
<i>AE.</i> 3.	Omnibus idem animus denso distendere pingui	<i>Geor.</i> 3.
<i>AE.</i> 3.	Quem legere ducem: sed non genus omnib ⁹ vnum.	<i>Aen.</i> 10.
<i>Geor.</i> 2.	Sed neq; quã multæ species, nec nomina quæ sint	
<i>Geor.</i> 2.	Est numerus. nec enim percurrere nomina possẽ,	<i>Aen.</i> 6.
<i>AE.</i> 6.	Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum.	
<i>Aen.</i> 10.	Stat sua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus	
<i>Aen.</i> 10.	Omnibus est: veniet lustris labentibus ætas,	<i>Aen.</i> 1.
<i>AEn.</i> 1.	Cum domus & proles subito defecerit omnis.	<i>Geor.</i> 4.
<i>Aen.</i> 2.	Heu nihil inuitis fas quenquam fidere Diuis.	
<i>Geor.</i> 3.	Quid labor aut benefacta iuuant? sic omnia fatis	<i>Geor.</i> 1.
<i>Geor.</i> 1.	In peius ruere, & retro sublapsa referri.	<i>Aen.</i> 2.
<i>Geor.</i> 3.	Tum sciat, aërias Alpes & Norica si quis	
<i>Geor.</i> 3.	Castella in tumulis videat, desertaque regna.	
<i>Geor.</i> 3.	Hic quondã coeli morbo miseranda coorta est	
<i>Aen.</i> 8.	Vana superstitio, veterumq; ignara Deorum:	
<i>AE.</i> 7.	Quam neque fas igni cuiquam nec sternere ferro.	
<i>Geor.</i> 4.	Mores & studia, & populos, confortia tecta	<i>Geor.</i> 4.
<i>AE.</i> 10.	Sustulit ista prior, stygijs emissa tenebris.	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 3.	Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lu- men ademptum :	
<i>Aen.</i> 7.	Odit & ipse pater Pluton, odere sorores.	
<i>AE.</i> 4.	Parua metu primò, mox sese attolit in auras,	
<i>Aen.</i> 4.	Tam ficti prauiq; tenax, quàm nuncia veri :	

C A P I T V L V P I

<i>Geor.</i> 3.	Inque dies auidum surgens caput altiùs effert.	
<i>Aen.</i> 1.	Quæ regio in terris nostri non plena laboris?	
<i>Geor.</i> 2.	Aspice & extremis domitum cultoribus orbem,	
<i>Ecl.</i> 1.	Et penitus toto diuisos orbe Britannos.	
<i>Aen.</i> 8.	Quod memoré infâdas cædes vetitosq; hymenæos?	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 6.	Ausi omnes immane nefas ausoque potiti,	
<i>Aen.</i> 2.	Corripuere sacram effigiem, manibusq; cruentis	
<i>Ac.</i> 12.	Diripuere aras, & relligiosa Deorum	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 2.	Limina: vbique pauor & plurima mortis imago.	
<i>Geor.</i> 2.	Quinetiam medias Italûm bacchata per vrbes	<i>Aen.</i> 10.
<i>Aen.</i> 3.	Pestis & ira Deûm, maioremque orsa furorem.	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 2.	Haud ignota loquor, cuncti se scire fatentur.	<i>Aen.</i> 9.
<i>Ac.</i> 10.	Tertiº ille hominû Diuumq; interpres Asylas,	
<i>Aen.</i> 1.	Os humerosq; Deo similis, cui plurima mento	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 6.	Canities inculta iacet, dependet amictus	<i>Aen.</i> 6.
<i>AE.</i> 6.	Sordidus ex humeris: omnis quem credidit ætas	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 7.	Semine ab æthereo, & genº alto à sanguine Diuû,	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 1.	Fas omne abrumpit trepidusq; repentè refugit	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 11.	Pictus acu tunicas: tot sese vertit in ora.	<i>Geor.</i> 4.
<i>Aen.</i> 2.	Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo,	
<i>Aen.</i> II	Seditione potens instructus & arte Pelasgâ.	<i>Aen.</i> 2,
<i>Aen.</i> 9.	Ibat, & ingenti sese clamore ferebat,	
<i>Aen.</i> II.	Consilio versare dolos ingressus & astu,	
<i>Aen.</i> 9.	Fertilis Ausoniæ populos sermone replebat,	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 5.	Oblitus decorisque sui sociûmque salutis,	
<i>Aen.</i> 2.	Ausus quinetiam sacrato auellere templo	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 2.	Numina magna Deûm.	
<i>Aen.</i> 8.	Ergo omnis furijs surrexit Hetruria iustis.	
<i>AE.</i> 1.	Tum celerare fugam: veteres tellure recludit	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Thesauros, ignotum argenti pondus & auri,	
<i>Aen.</i> II.	Consciis audacis facti penetrauit ad vrbes,	<i>Aen.</i> 7.
<i>AE.</i> 1.	Et genus inuisum, & diri sacraria Ditis,	<i>Aen.</i> 12.
<i>Aen.</i> 8.	Arma Iouis fugiens, atque altæ mœnia Romæ,	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 4.	Et nunc ille Paris, cum semiuero comitatu,	
<i>Geor.</i> 2.	Ignis vbi in medio, & socij cratera coronant,	

Te

CENTO DE MONACH.

<i>Geor.</i> 2.	Te libans Lenæ vocat resupinus in antro.	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 6.	Caussa mali tanti fulgenti murice vestis,	<i>AEn.</i> 9.
<i>Geor.</i> 3.	Invidia infelix, laudumq; immensa cupido.	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 4.	Nusquam tuta fides. coluber mala gramina pastus,	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 6.	Hortator scelerum, stimulis agitabat amaris.	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 2.	Nec requieuit enim, donec de culmine summo	<i>AE.</i> 7.
<i>Aen.</i> 6.	Inter saxa virum stygias detrufit ad vndas.	<i>AEn.</i> 7.
<i>Aen.</i> 10.	Impastus stabula alta leo ceu sæpe peragrans,	
<i>Aen.</i> 5.	Nunc hos, nunc illos aditus, omnemq; pererrat	
<i>Aen.</i> 3.	Italiam, Italiam, sinuosa volumina versat,	<i>Aen.</i> 11.
<i>AE.</i> 11.	Arrectisq; horret squamis, & sibilat ore.	
<i>Aen.</i> 2.	Horresco referens: dij talem auertite casum,	<i>Aen.</i> 3.
<i>AE.</i> 3.	Dij prohibete minas: superet modò Mātua nobis,	<i>Ecl.</i> 9.
<i>Aen.</i> 10.	Mantua diues auis, qualis Berecynthia mater	<i>AEn.</i> 6.
<i>Aen.</i> 6.	Læta Deûm partu: procul ô procul este profani.	<i>Aen.</i> 6.
<i>AEn.</i> 2.	Dij patrij seruate domum, paruosque nepotes,	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 3.	Et placidi seruate pios, dominamq; potentem.	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 10.	Te precor Alcide, magnum & memorabile numen,	<i>Aen.</i> 4.
<i>AE.</i> 11.	Quem primi colim ⁹ miserantē incommoda nostra,	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 2.	Hanc primum tutare domum, gen ⁹ acre luporum.	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 3.	Hac casti maneant in relligione nepotes,	
<i>Aen.</i> 3.	Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.	
<i>Aen.</i> 10.	Quo feror? vnde abij? fugit irreparabile tempus,	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Singula dum capti circumuectamur amore,	
<i>Aen.</i> 6.	Multaq; præterea post me memoranda relinquo.	<i>Geor.</i> 4.
<i>Aen.</i> 9.	Vos, ô Calliope, precor aspirate canenti	
<i>Aen.</i> 12.	Sacra, deosq;, dapes & plenæ pocula mensæ:	<i>AE.</i> 11.
<i>Aen.</i> 1.	Fortia facta patrum magno nunc ore sonandum.	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Omne adeò gen ⁹ in terris populumq; patresq;	<i>AE.</i> 4.
<i>AE.</i> 8.	Mollibus è stratis opera ad lux suscitatur alma,	<i>AE.</i> 8.
<i>Aen.</i> 8.	Et matutini volucrum sub culmine cantus.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 4.	Principio delubra adeunt, atque ære sonoro	<i>AE.</i> 12.
<i>Aen.</i> 4.	Turribus aut altis, aut summi culmine tecti	
<i>Aen.</i> 4.	Dant signum. fulsere ignes altaria circum,	<i>Aen.</i> 8.
		Iamq;

C A P I T U L U M

<i>AEn. 8.</i>	Iamque sacerdotes soli cantare periti,	<i>Ecl. 10</i>
<i>Aen. 12</i>	Velati lino volitant, ostroque decori:	<i>Aen. 12</i>
<i>Ecl. 7.</i>	Et cantare pares & respondere parati:	
<i>Aen. 5.</i>	Agmine partito fulgent, lustrantq; choreis	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 1.</i>	Atria. dependent lychni laquearibus aureis.	
<i>Aen. 4.</i>	Stant aræ circum, puraq; in veste sacerdos	<i>Aen. 12.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Ante aras plena supplex veneratur acerra,	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Affaturque Deos tendens ad sidera palmas:	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 12</i>	Se causam clamat, crimenq; caputq; malorum,	
<i>Aen. 12</i>	Multaq; se incusat rapidoq; hæc addidit ore:	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Salve sancte parens, superi regnator Olympi,	<i>Aen. 2.</i>
<i>AEn. 1.</i>	Semper honos nomēq; tuum laudesq; manebunt.	
<i>Aen. 8.</i>	Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo.	
<i>AEn. 1.</i>	Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem.	
<i>Aen. 8.</i>	Has ex more dapes, ille hæc monimenta reliquit,	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Extremâ iam in morte: hanc tanti numinis aram	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Seruati facimus, meritosq; nouamus honores.	<i>AE. 8.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Nate patris summi, tuane hæc per vulnera seruor	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 10</i>	Morte tua viuens? quæ causa indigna serenos	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Fœdauit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?	
<i>Aen. 6.</i>	Vicit iter durum pietas: te ianitor Orci:	<i>Aen. 8.</i>
<i>AE. 8.</i>	Te Stygij tremuere lacus: tu sceptrâ Iouemq;ue	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Conciliâs: tu das epulis accumbere Diuûm.	
<i>Aen. 1.</i>	Parce pio generi & propius res aspice nostras.	
<i>Geor. 1.</i>	Dijq; Deæq; omnes: tuq; ô sanctissima vates	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Alma parens, præsens nostro succurre labori.	<i>Aen. 9.</i>
<i>AE. 2.</i>	Hæc vbi dicta dedit diuino ex ore sacerdos,	<i>Aen. 3.</i>
<i>AE. 8.</i>	Dona laboratæ Cereris, cœlestia dona	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Miraturq;, interq; manus & brachia versat.	
<i>Aen. 4.</i>	Heu quid agat? variâ confusus imagine rerum,	<i>AE. 12</i>
<i>Aen. 8.</i>	Atq; animû nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,	
<i>AE. 8.</i>	In partesque rapit varias. vt vertere morsus	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Exiguam in Cererem suaferunt numine diui,	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Et violare manu malisque audacibus orbem	

Fatalis

CENTO DE MONACH.

<i>AEn.</i> 7.	Fatalis crusti, pectus percussit honestum	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 12.	Terq; quaterq; manu, gemitū dat pectore ab imo.	<i>Aen.</i> 1.
<i>AEn.</i> 9.	Sic ait, haud equidem tali me dignor honore.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 8.	Et facer implevit dextram scyphus. ocyus omnes	
<i>Aen.</i> 9.	Demisere caput percussæ pectora matres :	<i>Aen.</i> 11
<i>Aen.</i> 9.	Agnouere Deum proceres. ille impiger hausit	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Spumantem pateram & pleno se proluit auro.	
<i>Aen.</i> 11.	Ite ait, & socios pura circumtulit vnda,	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 6.	Spargens rore leui, & depasta altaria liquit.	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 3.	Haud mora, continuo perfectis ordine votis	
<i>Aen.</i> 8.	Consurgit senior, diuesq; in vota vocauit	<i>AE.</i> 7.
<i>AE.</i> 12.	Nudato capite, & medius stans aggere fatur,	<i>Aen.</i> 12
<i>Geor.</i> 3.	Asper, acerba sonans, intentis omnibus vnus	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 3.	Fata canit fusus propexam in pectore barbam	<i>Aen.</i> 10
<i>Ac.</i> 10.	Edocet humanis quæ sit fiducia rebus,	
<i>Aen.</i> 8.	Tartareas etiam sedes noctemque profundam,	<i>Aen.</i> 4.
<i>Geor.</i> 1.	Et coniuratos coelum rescindere fratres.	
<i>AE.</i> 11.	Supplicia & scelerum poenas : sedesque beatas,	<i>AEn.</i> 6
<i>Aen.</i> 12.	Ambrosiæ succos, & odoriferam Panaceam.	
<i>Aen.</i> 10.	Admonet immiscetque preces, alternaque iactat	<i>Aen.</i> 5.
<i>AEn.</i> 5.	Brachia protendens: flammantia lumina torquens	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 7.	Obtutu tenet ora, soloque immobilis hæret.	
<i>Aen.</i> 4.	Incipit effari, mediaque in voce resistit.	
<i>Geo.</i> 4.	Omnia transformat sese in miracula rerum	
<i>Aen.</i> 10.	Ille sitim morbosque ferens mortalibus agris,	
<i>Aen.</i> 6.	Horrendas canit ambages, præsensque minatur	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 12.	Exitium, veterum voluens monumenta virorum:	<i>AE.</i> 3.
<i>Geor.</i> 1.	Æstusque & pluuias & agentes frigora ventos,	
<i>Aen.</i> 3.	Obscœnamque famem & tristes denunciat iras.	
<i>Ac.</i> 12.	Horrescunt corda agricolis, stupet inscia turba.	<i>Aen.</i> 7.
<i>AE.</i> 8.	Vota metu duplicant matres, actæque furore	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 5.	Conclamant: resonant longè plangoribus ædes	<i>Aen.</i> 12.
<i>AE.</i> 4.	Lamentis, gemituque & foemineo vlulatu.	
<i>Aen.</i> 10.	Talia vociferans solio se tollit ab alto,	<i>Aen.</i> 8.

H

Tempo-

CAPITULUM VI

<i>Aen.</i> 11.	Tempora nudus adhuc, tunicâq; inducitur artus.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 4.	Tum virgam capit, hac animas ille euocat Orco.	
<i>Aen.</i> 6.	Hūc circum innumeræ gentes, miserabile vulgus,	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 1.	Post alij proceres (vitas & crimina discit)	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 11.	Munera portantes eborisq; auriq; talenta,	
<i>AE.</i> 3.	Setigerosq; sues, Dodonæosq; lebetas:	<i>AE.</i> 3.
<i>Aen.</i> 11.	Prosequitur veniâ, & verbis compellat amicis,	<i>AEn.</i> 2.
<i>Aen.</i> 1.	Omnibus exhaustos iam casibus. omnium egenos	
<i>AE.</i> 6.	Castigatq; , auditq; , & ad impia Tartara mittit,	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 6.	At qui diuitijs soli incubuere repertis,	
<i>Aen.</i> 6.	Fulmine deiecti, fundo voluntur in imo.	
<i>Aen.</i> 9.	Atq; ea diuersâ penitus dum parte geruntur,	
<i>Aen.</i> 7.	Tectum augustum, ingens, centū sublimè columnis	
<i>Aen.</i> 1.	Instruitur, medijsq; parant conuiuia tectis.	
<i>Aen.</i> 5.	Ordine athena locant alij, flammâq; ministrant,	<i>Aen.</i> 1.
<i>AE.</i> 6.	Pars calidos latices verubusq; trementia figunt	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Terga suum, centū pingues cum matribus agnos.	
<i>Geor.</i>	Pars epulis onerant mensas, Cereremque canistris	<i>Aen.</i> 1.
<i>AEn.</i> 1.	Expediunt, tonsisque ferunt mantilia villis.	
<i>Aen.</i> 6.	Supponunt alij cultros, Bacchumque ministrant.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 9.	Discurrunt, variantque vices, arisque relictis	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 7.	Perpetuis soliti patrum considerare mensis,	
<i>AEn.</i> 1.	Circum claustra fremunt, arrectisq; auribus astât:	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 5.	Intenti exspectant signum, diuosq; precantur.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 10.	Tum pater omnipotēs, rerū cui summa potestas,	
<i>Aen.</i> 4.	Tandem progreditur, magnâ stipante cateruâ:	
<i>Aen.</i> 4.	Môstrum horrédū, ingens, crassum farragine cor-	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	More patrum, folio medius confedit auito. (pus:	<i>Aen.</i> 7.
<i>Geor.</i> 4.	Ille operum custos: illum admirantur, & omnes	
<i>Geor.</i> 4.	Circumstant fremitu denso, cum sæpè coorta est	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Seditio, sæuitq; agitans discordia fratres.	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 1.	Ille regit dictis animos, fratresq; superbos	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 1.	Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat.	
<i>Aen.</i> 6.	Ne pueri ne tanta animis assuescite bella,	

Tu-

CENTO DE MONACH.

<i>AE. 6.</i>	Tuque Prior, tu parce, genus qui ducis Olympo.	
<i>Geor. 2.</i>	His animaduersis opera inter talia primus	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Vltrò animos tollit dictis, atque increpat vltrò:	
<i>Aen. 1.</i>	O socij (neque enim ignari sumus ante malorum)	
<i>Aen. 7.</i>	Hæc erat illa fames, hæc nos suprema manebat,	
<i>Aen. 1.</i>	Per varios casus, per tot discrimina rerum,	
<i>Aen. 7.</i>	Exitijs positura modum: nunc viribus vsus,	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistrâ.	
<i>Aen. 10.</i>	Quod votis optastis adest: sic itur ad astra.	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Ergo agite, & cuncti nunc illas promite vires,	<i>Aen. 5.</i>
<i>AE. 8.</i>	Communemq; vocate deum, & date vina volentes.	
<i>Aen. 10.</i>	Hic finis fandi, solito insonuitque flagello:	<i>Aen. 5.</i>
<i>Ae. 12.</i>	Vtque dato signo spacia in sua quisque recessit	
<i>Aen. 11.</i>	Ordine cuncta suo, tunc facta silentia linguis.	
<i>Aen. 2.</i>	Sic animis iuuenum furor additus: inde lupi ceu	
<i>Aen. 2.</i>	Raptores atra in nebulâ rapiuntque ruuntque,	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Diripiuntque dapes, contactuque omnia foedant.	
<i>Geor. 3.</i>	Nec mora, nec requies: olli certamine summo	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Tergora diripiunt costis: tum dente tenaci	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Dant sonitus, duro crepitant sub vulnere malæ.	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ,	
<i>Aen. 2.</i>	Barbarico ritu vertunt crateras ahenos.	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Postquam exempta fames epulis, vox omni-	<i>Aen. 5.</i>
	bus vna,	
<i>Aen. 3.</i>	Coelicolum regi grates persoluere dignas	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Non opis est nostræ, media inter talia verba,	<i>Aen. 12.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Nescio quâ præter solitum dulcedine læti.	
<i>Aen. 6.</i>	Deuenero locos lætos, cantusque dedere:	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Ceu quondam niuei liquida inter nubila cygni,	
<i>Aen. 7.</i>	Cum sese è pastu referunt, hîc flumina circum	<i>Ecl. 9.</i>
<i>Ecl. 9.</i>	Fundit humus flores, texunt vmbracula vites:	<i>Ecl. 9.</i>
<i>Ecl. 10.</i>	Hîc gelidi fontes & grata recentia riuus,	<i>Aen. 6.</i>
<i>Geor. 2.</i>	Speluncæ viuique lacus, ac lustra ferarum.	<i>Geor. 2.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Tum laqueis captare feras & fallere visco	

C A P I T V L V P I

<i>Aen.</i> 3.	Impendunt curas, & retia penere cervis	<i>Geor.</i> 1.
<i>Geor.</i> 1.	Auritosque sequi lepores, & fluminis alueo	<i>AE.</i> 7.
<i>Aen.</i> 7.	Cum venti posuere, alius trahit humida lina	<i>Geor.</i> 1.
<i>Aen.</i> 6.	Pars in gramineis exeraent membra palæstris,	
<i>Geo.</i> 2.	Et tenues rumpunt tunicas per opaca viarum.	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 6.	Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.	
<i>Aen.</i> 8.	Consonat omne nemus strepitu, risuque soluto.	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 1.	Tum pietate grauem ac meritis si forte virū quem	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Conspexere, silent aut versi terga dedere.	<i>Aen.</i> 9.
<i>Geor.</i> 2.	At patiens operum paruoq; assueta iuuentus,	
<i>AEn.</i> 1.	Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto	
<i>Aen.</i> 2.	(Fit via vi) penetrant aulas & limina regum.	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 12	Discurrunt alij ad portas & tecta domorum:	
<i>Aen.</i> 7.	Connectare iuuat prædas, & viuere rapto.	
<i>Geor.</i> 4.	Venturæque hyemis memores quæsitâ reponunt,	<i>Geor.</i> 4.
<i>Geo.</i> 2.	Aut foetus ouium, aut vrentes culta capellas,	
<i>Ecl.</i> 2.	Castaneasque nuces pariter frumenta sequuntur.	<i>Geor.</i> 1.
<i>AE.</i> 11.	Interea socios vocat alta in templa sacerdos	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 1.	Iam pridem resides: agrisque effusa iuuentus	<i>AE.</i> 7.
<i>Aen.</i> 5.	Vndique conueniunt, & tristia funera ducunt,	<i>Geor.</i> 4.
<i>Aen.</i> 4.	(Ne quid inexpertum) crepitantiaque æra secuti.	<i>Geor.</i> 4.
<i>Aen.</i> 7.	Tum gemini fratres, nec multum discrepat ætas,	<i>Aen.</i> 10
<i>AE.</i> 11.	Funereas rapuere faces de more vetusto.	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 5.	Incedunt pueri, defunctaque corpora vitâ	<i>Geor.</i> 4.
<i>Aen.</i> 1.	(Quod genus hoc hominum?) læti clamore repor- tant.	
<i>Aen.</i> 11.	Hic matres miseræ, puerique parentibus orbi	
<i>Aen.</i> 11	Flent mœsti, resonat magnis plangoribus æther	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 11	Spargitur & tellus lacrymis, & molle pheretrum.	<i>Aen.</i> 11
<i>Ecl.</i> 5.	Ipsi lætitiâ voces ad fida iactant	
<i>Aen.</i> 7.	Per medias vrbes: longâ cum veste, sacerdos	
<i>Aen.</i> 6.	Lustrauitque viros, dixitque nouissima verba:	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 10	Manibus & cineri. Quam molliter ossa quiescent.	<i>Ecl.</i> 10.
<i>Aen.</i> 8.	Tum lecti iuuenes mediâ testudine templi.	<i>Aen.</i> 1.
		In-

CENTO VIRGILIANVS.

<i>Aen.</i> 11.	Incurrunt densi, spoliantque calentia membra,	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 2.	Relligione patrum, foueisque abscondere discunt.	<i>Geor.</i> 3.
<i>AE.</i> 8.	Deuexo interea propior fit vesper Olympo,	
<i>Geor.</i> 4.	Tecta petunt, multa referunt se nocte minores:	<i>Geor.</i> 4.
<i>Aen.</i> 8.	Instaurant epulas & mensæ grata secundæ	
<i>Aen.</i> 8.	Dona ferunt, noctem flammis funalia vincunt.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Geor.</i> 3.	Aduoluere focus vltimos, ignique dedere.	
<i>Geor.</i> 1.	Inuitat genialis hyems, curasque resoluit.	
<i>Geor.</i> 1.	Tum somni dulces, & tunc mollissima vina.	<i>Geor.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Postquam prima quies epulis, mensæque remotæ	<i>AEn.</i> 1.
<i>Aen.</i> 2.	Porticibus longis, nil magnæ laudis egentes	<i>Aen.</i> 5.
<i>AE.</i> 12	Inualidi que senes, somno vinoque sepulti	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 2.	Conticuere: sopor fessos complectitur artus:	
<i>Geor.</i> 4.	Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus.	
<i>AEn.</i> 1.	At non in Venerem segnes & dulcia furta	<i>Geor.</i> 4.
<i>Aen.</i> 10.	Egregij formâ, & primæuo flore iuuentus.	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 8.	Defensi tenebris & dono noctis opacæ,	
<i>Geor.</i> 3.	In furias ignemque ruunt, nec claustra, nec ipsi	<i>Aen.</i> 2.
<i>AEn.</i> 2.	Custodes sufferre valent: amor omnibus idem.	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 5.	Multi præterea (quod rebus restat egenis)	<i>Aen.</i> 10.
<i>Aen.</i> 10	Sæpe manu liquido distendunt nectare cellas.	<i>Geor.</i> 4.
<i>Geor.</i> 4.	Magnanimùm Heroum pertentant gaudia pectus,	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 3.	Solamenque mali distillat ab inguine virus.	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 2.	O fortunatos nimium sua si bona norint!	
<i>Geor.</i> 2.	Non absunt illis saltus, armenta que læta.	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 10	Cœlati argenti sunt, auri multa talenta,	<i>Aen.</i> 10
<i>Geo.</i> 2.	Sacra Deum sanctique patres, & cara sororum	<i>Aen.</i> 11
<i>Aen.</i> 11.	Pectora moerentum tenebris, & carcere cœco	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 7.	Centum ærei claudunt vectes: & sæpe sine vllis	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Coniugijs vento grauidæ, mirabile dictu,	<i>Geo.</i> 3.
<i>AE.</i> 7.	Relligione sacræ. non hæc sine numine Diuum.	<i>AE.</i> 2.
<i>Ecl.</i> 4.	Iam noua progenies cœlo demittitur alto,	
<i>Aen.</i> 4	Credo equidem, nec vana fides, genus esse Deorū.	
<i>Aen.</i> 8.	Salve vera Iouis proles, tibi nomina mille,	<i>Aen.</i> 7.
		Diues

C A P I T V L V P I

<i>Geor.</i> 2.	Diues opum, diues pictai vestis & auri,	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 6.	Omnes coelicolas centum complexa nepotes.	<i>AEn.</i> 6.
<i>AE.</i> 7.	Hinc Italæ gentes, omnisque Oenotria tellus	
<i>Aen.</i> 7.	In dubijs responsa ferunt: tibi maxima rerum	<i>AEn.</i> 9.
<i>Aen.</i> 9.	Verborumque fides, & nescia fallere vita.	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 7.	Cura tibi Diuûm effigies & templa tueri,	
<i>Aen.</i> 10.	Europam atque Asiam magno turbante tumultu,	<i>Aen.</i> 6.
<i>Ecl.</i> 1.	Non equidè inuideo, ipsa procul discordibus ar-	<i>Geor.</i> 2.
<i>Geor.</i> 3.	Haud impacatos à tergo horrebis Iberos: (mis	
<i>Ecl.</i> 1.	Non vnquam somnos abrumpit cura salubres.	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 1.	Atque vtinam ex vobis vnus, vestrique fuisset	<i>Ecl.</i> 10.
<i>Ecl.</i> 10.	Aut custos gregis, aut maturæ vinitor vuæ,	
<i>Ecl.</i> 10.	Omnia vincit amor. quis enim modus adfit amori?	<i>Ecl.</i> 2.
<i>Aen.</i> 11.	Ille mihi thoraca simul cum pectore rupit	<i>AE.</i> 10.
<i>Aen.</i> 9.	Transadigit costas, liquitque volatile ferrum,	<i>Aen.</i> 4.
<i>Geor.</i> 3.	Altius ad viuum perfedit vulnere mucro.	<i>Aen.</i> 11.
<i>Ecl.</i> 1.	Quid facerè? talin' possum me opponere monstro?	<i>Aen.</i> 12.
<i>Aen.</i> 11.	O fortunatæ gentes, genus ab Ioue summo,	<i>AEn.</i> 1.
<i>Aen.</i> 3.	Vobis parta quies: nos flendo ducimus horas,	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 11.	Nos alias hinc ad lacrymas eadem horrida belli	
<i>Aen.</i> 10.	Fata vocant, sæuit toto Mars impius orbe:	<i>Geor.</i> 1.
<i>Geor.</i> 4.	Regibus incessit magno discordia motu.	<i>Geor.</i> 1.
<i>Geor.</i> 4.	Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum,	
<i>Geor.</i> 3.	Turbidus & torquens flauentes Ister arenas	
<i>Aen.</i> 8.	Extremique hominum Morini: tot millia gentes	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 9.	Arma ferunt Italæ, sanguis nouus imbuunt arma.	<i>AE.</i> 7.
<i>Aen.</i> 11.	Nunc enim horribili visu portenta sequuntur,	
<i>Aen.</i> 12.	Obscœnæ volucres (id rebus defuit vnum)	<i>Aen.</i> 12.
<i>Aen.</i> 12.	AEthera; obsecrant pennis, camposq; patentem	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 12.	Facta nube premunt: En queis conseruimus agros.	<i>Ecl.</i> 1.
<i>Aen.</i> 5.	Nec tantis mora prodigijs: bella horrida bella	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 6.	Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno.	
<i>Geor.</i> 1.	Ecce inimicus atrox, genus insuperabile bello,	<i>AE.</i> 4.
<i>Aen.</i> 8.	Victor ab Auroræ populis summusque minatur	<i>Ac.</i> 12.
		Deic-

CAPILVPI CENTO DE MONACH.

<i>An.</i> 12.	Deiecturum arces Italum, excidioque daturum	
<i>AE.</i> 3.	A Ere cauo: curruque volans dat lora secundo	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 6.	Per Graium populos & Iapidis arua Timai.	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 8.	Heu quantæ cædes miseris Laurentibus instant!	
<i>AE.</i> 12.	Ventum ad supremum est: en quo discordia ciues	<i>Ecl.</i> 1.
<i>Ecl.</i> 1.	Perduxit miseros! nec habet fortuna regressum,	<i>AE.</i> 11.
<i>Aen.</i> 11	Hos inter motus atque hæc certamina tanta	<i>Geor.</i> 4.
<i>Aen.</i> 10	Ipsa immota manet, spectatque interrita pugnas	<i>AE.</i> 11.
<i>Ecl.</i> 4.	Cara Deum soboles. solido de marmore templa	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 7.	Affiduo resonant cantu: nec ferrea iura,	<i>Geor.</i> 2.
<i>Geor.</i> 2.	Insanumque forum, aut populi tabularia vidit.	
<i>Geo.</i> 2.	Atq; metus omnes strepitumq; Acherontis auari	
<i>Geo.</i> 2.	Subiecit pedibus, non vlli obnoxia curæ.	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 11	Exspectare dapes, solennes ducere pompas	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Ad delubra iuuat, cæsosque videre iuuenços.	
<i>Aen.</i> 11.	Hic amor, hoc studium: summa nituntur opum vi	<i>AE.</i> 12
<i>Aen.</i> 1.	Regales inter mensas, nymphasque sorores,	<i>Geor.</i> 2.
<i>Geor.</i> 4.	Syderis in numerum, atque alto succedere cælo.	
<i>Aen.</i> 3.	Is locus vrbis erit, requies ea certa laborum	
<i>Aen.</i> 3.	Viuite felices, ô terque quaterque beati,	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 12	Quo res cunq; cadent, si quid mea carmina pos-	<i>Aen.</i> 9.
	sunt,	
<i>Aen.</i> 9.	Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.	

F I N I S.

LAE-



LAELII CAPILVPI MANTVANI,

Cento ex Virgilio

In effigiem Francisci Gonzagæ Mantuani
Principis.

<i>Aen.</i> 11	O decus Italiae, quondam dum vita manebat	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 1.	Sceptra tenēs, tardis ingēs vbi flexibus errat	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Mincius, & tenerâ prætexit arundine ripas,	
<i>Aen.</i> 8.	Semper honore meo, semper celebrabere donis,	
<i>Aen.</i> 4.	Dum memor ipse mei, dū spiritus hos regit artus.	
<i>Aen.</i> 8.	Salve vera Iouis proles. tu maximus ille es,	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 6.	Vnus qui nobis, magno turbante tumultu,	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 9.	Ante annos animumq; gerens curamq; virilem.	
<i>Aen.</i> 9.	Vltrò animos tollis dictis & pectore firmo,	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 8.	Arduus arma tenens, fulgentes ære cateruas	<i>AEn.</i> 8.
<i>AE.</i> 10.	More furens torrentis aquæ Gallumq; rebellem	<i>Aen.</i> 6.
<i>AE.</i> 10.	Sternis humi: campiq; ingentes ossibus albeant.	<i>Aen.</i> 12
<i>Geor.</i> 4.	Parthenope meriti tanti non immemor vnquam	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 11.	(Dextera caussa tua est,) solio confedit auito.	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 6.	Quid memorem spolia illa tuis pendentia tectis	<i>Aen.</i> 5.
<i>Geor.</i> 3.	Tam vulgata? quibus cœlo te laudibus æquem	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 8.	Flos veterum virtusq; virūm? cui cura nitentes	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 6.	Pascere equos, meritæ expectēt qui præmia pal-	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 1.	Europâ atq; Asiâ: tantæ est victoria curæ. (mæ	<i>Geor.</i> 3.
<i>Ecl.</i> 5.	Tu decus omne tuis. tu seruantissimus æqui,	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 1.	Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos	
<i>Aen.</i> 1.	Vrbe domo socias: tua terris dedita fama.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 1.	Munera præterea ex auro solidoq; elephanto	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 8.	Coniungere tibi (cuncti se scire fatentur)	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 2.	Regnatorem Asiæ, genus insuperabile bello,	<i>Aen.</i> 4.
<i>Ecl.</i> 1.	Et penitus toto diuisos orbe Britannos.	
<i>Aen.</i> 5.	Salve sancte parens, Italūm fortissime ductor,	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 6.	Felix prole virūm: si quid mea carmina possunt	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 1.	Semper honos, nomēq; tuum laudesq; manebunt.	

HEN.

HENRICI MEIBOMII NOTAE
AD CENTONEM DE MO-
NACHIS.

AB Ioue principium generis, si credere dignum est.) Narratio est de primis Monachis, quorum apud scriptores Ecclesiasticos mentio plurima. Summatim autem, quae de ijs commemorantur haec sunt: Monachos coepisse in Aegypto, auctore Paulo & Antonio Eremitis. Hieronymus ad Eustachium, & ad Marcellam: solitudines incoluisse, & quidem singulos habitacula singula: ea dicta Monasteria: Euagrius lib. 1. cap. 13. Phrontisteria, Euagrius lib. 1. cap. 13. Niceph. lib. 17. cap. 22. & 27. Suidas in voce μοναχός: Asceteria, Cedrenus pag. 318. Cænobia, Hieronymus ad Rusticum monachum: Mandras, Euagrius lib. 1. cap. 21. Nicephorus lib. 14. cap. 51. lib. 15. cap. 13. lib. 17. cap. 5. Asceteria, Socrates lib. 1. cap. 11. lib. 4. cap. 23. Niceph. lib. 11. cap. 17. Lauras, Euagrius lib. 1. cap. 21. Niceph. lib. 14. cap. 50. Cellas, Sozomenus lib. 6. cap. 31. Gregor. Magnus Dialog. lib. 3. cap. 18. Claustra, Adamus Bremensis lib. 2. cap. 20. Magistros eorum Abbates, Euagrius lib. 4. cap. 28. Archimandritas, Euagrius lib. 3. cap. 14. & 20. Niceph. lib. 14. cap. 5. & lib. 16. cap. 17. Deinde in alias regiones sparsos, & in vrbes traductos: Vacasse precibus, ieiuniis, aliis exercitiis: claruisse miraculis: sed docendi munus nullum habuisse: quippe qui ferè indocti essent (de Antonio abbate exemplum in medio) nisi qui forte presbyteri creati. Alioqui multi clerici facti, indeque ad clericorum ordines admissi: plerique etiam simpliciter ad episcopatus vocati &c.

Cura Deum Hippolyte) Intelligit Hippolytum principem Ferrariensem Alphonfi i. Filium, titulo S. Mariae in Aquino Cardinalem.

Longo post tempore venit, Vnus qui nobis) Loquitur de Diuo Benedicto Nursino, qui Monachos hinc inde per Italiam sparsos & soliuagos, in Cænobium Casinense contraxit & certam viuendi rationem praescripsit. Hinc à Tritthemio & aliis omnium monachorum occidentalium pater, fundator, institutor & princeps nominatur. Vide Raphaellem Volaterr. lib. 21. Anthropolog. Polyd. Virgil. de inuētor. rerum lib. 7. cap. 2. Gregor. Mag. Dialog.

HENRIC. MEIBOMII NOTAE.

log. lib. 2. cap. 1. & 2. Rudolph. Hospinianum de origine & progressu monach.
libro 4. cap. 1.

Hic quondam morbo coeli.) Ironicè hæc dicuntur de Euangelio in
Germaniâ per ministerium Martini Lutheri renato, quod mendicantium
monachorum lupanaria penè omnia vacua reddidit. Monachi enim lectis
Lutheri & aliorum scriptis de Votis monasticis suo se exoluentes voto, egressi
sunt monasteriis.

Tertius ille hominum Diuûmque interpres Afylas) Intelli-
gitur hic Paullus tertius Pontifex, Maximus, Farnesiâ domo oriundus: de
quo videantur scriptores Pontif. Rom. Onuph. Baleus, Papyrius Masson. & alij.
De libidinib. eius & vitâ flagitiosissimâ, quedam ex Bernardino Ochino re-
citat Sleidanus lib. 21. historia sua.

Te precor Alcide) Herculem Ducem Ferrariensem eius nominis se-
cundum, Hippolyti Cardinalis, de quo supra, fratrem notat: Natus est eo Al-
phonsus secundus, qui nunc rerum potitur.

Genus acre Luporû) Designat familiam suam Capilupos videlicet,
eosque principis tutela commendat. Eandem allusionem bis terûe inuenias
apud Iulium Capilupû, & animaduertas insigne gentis fuisse caput lupinum.

Tuq; Prior) Alludit ad nomen dignitatis quod apud monachos in usu.

Ecce inimicus atrox) Turca intelligitur, qui Italia propter vicini-
tatem formidabilis est: cur autem omisâ illâ Pannonias, & ex illâ Germa-
niam oppugnet Philippus Melanthon alicubi ostendit.

Hæc annotasse sufficiat: cetera de monachorum Oeconomia, Sacris, con-
tentionibus, concionibus, lusibus, conuiujs & libidinibus eleganter & ve-
nustè commemorata, quiuis facile etiam absq; interprete intelliget. Vnum
addam, pœma hoc à Romano Pontifice impium lectuq; indignum iudicatum,
quod non mirum, cum satellites antichristi monachos viuis suis coloribus
adeò liberè & dextrè expingat.

F I N I S.

IVLII



IVLII

CAPILVPI MANTVANI,

Centones Virgiliani:

1. ad B. Virginem Mariam.
2. ad Xystum V. Pont. Max.
3. ad Hieron. de Ruuere S. R. E. card.
4. ad Scipionem Gonzagam S. R. E. card.
5. ad Thomam Auali Marchionis Piscariæ F.
6. ad Iulium Roscium Hortinum.

ex Romano exemplari

nunc primùm in Germaniâ editi

operâ

Henrici Meibomij Lemgouiensis.



HELMAESTADII.

I 3

IVLII



IVLII CAPILVPI

Cento ex Virgilio

Ad beatissimam virginem Mariam.

I.

<i>Aen. 5.</i>	S alue sancta parens, magnum & memorabile numen,	<i>Aen. 4.</i>
<i>AEn. 1.</i>	Nata patris summi, atq; eadē gratissima coniunx,	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 1.</i>	Virginis os habitumque gerens, lectissima matrū:	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 10</i>	Quæ nunc ætherios inter Dea candida nimbos,	<i>AEn. 8.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Solis inardescis radijs longeque refulges,	
<i>Ecl. 5.</i>	Sub pedibusque vides nubes & sydera Olympi.	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Cui pater intactâ pro virginitate sacrauit	<i>Aen. 12</i>
<i>Geor. 2.</i>	Ingentem cælo rex ætheris altus honorem,	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 12</i>	Victus amore tui: tantum decus enitet ore.	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Te super ætherias errare licentius auras	
<i>Ecl. 1.</i>	Permisset, cœlique libens in parte locavit:	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 1.</i>	O quam te memorem virgo Maria! omnia cælo	<i>Aen. 5.</i>
<i>AE. 10.</i>	Donat habere tibi diuūm pater atq; hominū rex.	<i>Aen. 1.</i>
<i>Ecl. 5.</i>	Tu decus omne tuis, postquam se condidit aluo	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 2.</i>	(Haud ignota loquor) Deus æthere missus ab al-	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Impleuitq; sinum, clarâq; in luce refulsit (to,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Auxilium aduentusque Dei (mirabile dictu)	<i>AE. 7.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Nequicquam seros Lucinæ experta labores,	<i>Geor. 4.</i>
<i>AE. 2.</i>	Sacra per integram soluuntur viscera pellem	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Læta Dei partu: venit de corpore virtus	<i>AEn. 3.</i>
<i>Aen. 10</i>	Omnipotens, subijt cari genitoris imago.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Hæc quondam cœli magnum ventura sub axem	<i>Aen. 6.</i>
<i>AEn. 1.</i>	Iam pridem nobis cecinerunt omnia vates-	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 6.</i>	O virgo, cui tanta Deo permessa potestas?	<i>Aen. 9.</i>
<i>Ecl. 2.</i>	Huc ades, & votis iam nunc assuesce vocari.	<i>Geor. 1.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Ad te confugio miserantem incommoda nostra:	<i>Aen. 8.</i>

CENTONES VIRGIL.

<i>Aen. 6.</i>	Huc geminas nunc flecte acies, mentemque be- nignam	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Alma parens, praesens nostro succurre labori.	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Aspice ut insignis coepit crudescere morbus:	<i>Geor. 3.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Nec dum etiam manare cruor cessavit, & altè	<i>Geor. 1.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Huic capiti insultans lentus non deficit humor.	<i>Geor. 1.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Ex illo fluere, ac morbo illuicque peresa	<i>Aen. 3.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Protinus inque sinu praecordia ad intima subdit.	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Visceribus super accumbens: iam pectore toto	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Haeret, & interdum macie confecta supremâ	<i>AE. 3.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Membra quatit, frigetque effoeto in corpore vires.	<i>AE. 3.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Quid labor aut benefacta iuuant, vsusque medendi?	<i>Ae. 12.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Nil validae iuvere manus: nihil auctor Apollo	<i>Aen. 12.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Profuit, aut Marsis quaesitae in montibus herbae.	<i>Aen. 7.</i>
<i>AE. 12.</i>	Non haec humanis opibus: cessere magistri.	<i>Geor. 3.</i>
<i>Aen. 9.</i>	At tu oro solare inopem, & succurre relicto.	
<i>Aen. 7.</i>	Hoc mihi da propriam virgo sperare salutem.	<i>Aen. 1.</i>
<i>Ae. 12.</i>	Tu requies omnis curae, casusque leuamen,	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Solamenque mali: culpam compeisce priusquam	<i>Geor. 3.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Dira per incautum serpent contagia pectus.	
<i>Ecl. 1.</i>	Namque fatebor enim tanto me crimine dignum.	<i>AE. 10.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Hortator scelerum sensus animumque labantem	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Impulit, agnosco veteris vestigia fraudis.	<i>Ecl. 4.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Hinc mihi prima mali labes praeccepta secuto	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Matris Acidaliae, tales expendere poenas	<i>Aen. 10.</i>
<i>Geor. 2.</i>	Non aliam ob culpam voluit rex magnus Olympi.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Geor. 2.</i>	Quare ut te supplex peterem tua limina adiui	<i>Aen. 6.</i>
<i>AE. 12.</i>	Laurenti, fama totum vulgata per orbem:	<i>Aen. 1.</i>
<i>AE. 7.</i>	Tectum, augustum ingens, centum sublime co- lumnis:	
<i>Aen. 12.</i>	Seruati ex vndis ubi figere dona frequentant	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Matresque atque viri, & votas suspendere vestes.	<i>Aen. 12.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Submissi petimus terram, nos munera templis	<i>AE. 3.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Quippe tuis ferimus meritosque; nouamus honores.	<i>Aen. 8.</i>

IVLII C A P I L V P I

<i>Aen.</i> 1.	Namque sub ingenti lustro dum singula templo	
<i>Aen.</i> 12	Vidi oculos ante ipse meos solemnia vota,	<i>Ecl.</i> 5.
<i>Aen.</i> 11.	Tantum impensis operum, miracula rerum,	<i>Geor.</i> 4.
<i>Ecl.</i> 2.	Atque humiles habitare casas paruosque penates	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 5.	Vna omnes tecum meritis pro talibus annos,	<i>Aen.</i> 1.
<i>Ecl.</i> 1.	Hic illum vidi coeli cui sidera parent.	<i>Aen.</i> 7.
<i>Ecl.</i> 9.	Certe equidem audieram, vulgatur fama per vrbes,	<i>AE.</i> 12.
<i>Aen.</i> 12.	Agminis aligeri focijs sacraeque caterua	<i>AE.</i> 11.
<i>Geor.</i> 3.	Aera per vacuum ferri tectumque laremque	<i>Geor.</i> 3.
<i>Ecl.</i> 5.	Montibus in nostris alio sub sole iacentem,	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 1.	Matre Dea monstrante viam (mirabile dictu)	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 8.	Littus ad Ausonium conuexo tramite filuae	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 8.	Delegere locum, & posuere in vertice montis.	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 3.	O felix vna ante alias pulcherrima proles	<i>AE.</i> 6.
<i>Aen.</i> 3.	Coelicolum regi! tantarum in munere laudum	<i>Aen.</i> 8.
<i>Ecl.</i> 6.	Nunc ego namque tibi, terque haec altaria circum	<i>Ecl.</i> 8.
<i>Aen.</i> 2.	Per solvam grates, numero Deus impare gaudet.	<i>Ecl.</i> 8.
<i>Aen.</i> 1.	Sin absumpta salus, & vis inimica propinquat,	<i>An.</i> 12.
<i>Aen.</i> 10	Te precor hanc animam serues Natoque Patrique	
<i>Aen.</i> 9.	O genitrix, meriti tanti non immemor vnquam.	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 3.	Errantem doceas iter, & sacra ostia pandas.	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 6.	Ire ad conspectum cari Genitoris & ora	
<i>Aen.</i> 6.	Contingat, patiar quemuis durare laborem.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 6.	Da dextram misero, & tecum me tolle per auras,	
<i>Aen.</i> 6.	Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam.	
<i>Aen.</i> 5.	Quod superest oro, dubijs ne defice rebus.	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 3.	Sola in te suprema salus, miserere tuorum.	<i>Aen.</i> 12.
<i>AE.</i> 6.	Noctes atque dies facilis descensus Auerni.	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 4.	Tu modo posce Deum veniam, sacrisque litatis	
<i>Aen.</i> 4.	Indulge: fer rite preces, iramque minasque	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 8.	Supplicibus supera votis, miserere precantis.	
<i>Aen.</i> 4.	Ne pater omnipotens adigat nos fulmine ad umbras,	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 4.	Pallentes umbras Erebi Stygiamque paludem,	<i>Aen.</i> 6.
		Cum

CENTONES VERGIL.

<i>Aen.</i> 5.	Cum freta, cum terras omnes, coelumque profun- dum,	<i>Ecl.</i> 4.
<i>Aen.</i> 1.	Et genus humanum, crepitantibus vrere flammis	<i>Geor.</i> 1.
<i>Geor.</i> 1.	Ipse pater statuet, seruens sub pectore vulnus	<i>Aen.</i> 1.
<i>Geor.</i> 2.	Aeternum: sceleris tanta est iniuria nostri.	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 6.	Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos.	
<i>Aen.</i> 10.	Stat sua cuique; dies, breue & irreparabile tempus	
<i>Ae.</i> 10.	Omnibus est: veniet lustris labentibus ætas	<i>AEn.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Cum domus, & proles subito defecerit omnis.	<i>Geor.</i> 1.
<i>Aen.</i> 2.	Venit summa dies, & ineluctabile tempus,	
<i>Aen.</i> 10.	Exitium magnum atque; metum mortalibus ægris,	<i>Aen.</i> 12
<i>Geor.</i> 1.	Cum caput obscurâ nitidum ferrugine texet,	
<i>Geor.</i> 1.	Sol tibi signa dabit, solem portenta sequentur,	<i>Aen.</i> 11
<i>Aen.</i> 3.	Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebit.	
<i>Aen.</i> 2.	Horresco referens, nigrescent omnia circum:	<i>AE.</i> 11.
<i>Aen.</i> 10.	Incipiet magno misceri murmure coelum,	<i>Aen.</i> 4.
<i>AE.</i> 12	Et venti vastos voluent ad litora fluctus.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 9.	Miscent se maria, & nigrae attollentur arenae:	
<i>Aen.</i> 6.	Sub pedibus mugire solum, tonitruque; tremiscet	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 5.	Ardua terrarum, & campi ripaque lacusque	<i>Aen.</i> 12
<i>Geor.</i> 2.	Ingentem vocem late nemora alta remittent.	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 7.	Multaque praeterea variarum monstra ferarum	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 6.	Terribili aspectu formae, sub nocte per umbram	<i>Aen.</i> 6
<i>Geor.</i> 4.	Incedent, magnisque urbem terroribus implent.	<i>Aen.</i> 11
<i>Geor.</i> 4.	Tum variae illudent species, crudelis ubique	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 2.	Luctus, ubique pavor, & plurima bella per orbem.	<i>Geor.</i> 1.
<i>Aen.</i> 2.	Quis cladem illius noctis, quis funera fando	
<i>Aen.</i> 2.	Explicit, & simulacra modis pallentia miris?	<i>Geor.</i> 1.
<i>Aen.</i> 5.	Inde ubi clara dabit sonitum tuba, protinus omnes	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 6.	Adspicias animas imis exire sepulcris:	<i>AE.</i> 8.
<i>AEn.</i> 7.	Hinc exaudiri gemitus. mihi frigidus horror	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 3.	Membra quatit, gelidusque; coit formidine sanguis.	
<i>AE.</i> 2.	Hæc animus meminisse horret, luctuque refugit,	
<i>Aen.</i> 4.	Arrectaque horrore comæ, & vox faucibus hæsit.	

Ad



AD XYSTVM QVINTVM
Pont. Max.

Iulij Capilupi Cento II.

<i>Aen. 5.</i>	S Alue sancte parens, qui vertice MONTIS ab ALTO	<i>AE. 7.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Et Tuscum Tiberim & Romana palatia seruas:	
<i>Aen. 7.</i>	Cui triplici niueâ cinguntur tempora vittâ,	<i>Aen. 6.</i>
<i>Geor. 4.</i>	Inter sacra Deûm patribus das iura vocatis.	<i>AEn. 5</i>
<i>Aen. 5.</i>	Summe Pater (nam te voluit rex magnus Olympi	<i>AEn. 5</i>
<i>Ecl. 5.</i>	Montibus in nostris exfortem ducere honorem)	
<i>Aen. 6.</i>	Te regere imperio, & summâ dominarier arce,	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Romanos rerum dominos sanctumque Senatum,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Ecl. 4.</i>	Terrasque tractusque maris: te maximus orbis	<i>Geor. 1.</i>
<i>Aen. 12</i>	Suppliciter venerans magno compellat honore.	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Te Stygij tremuere lacus: tu maximus ille es	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Vnus qui nobis cunctando perdere gentem	<i>AE. 7.</i>
<i>AE. 7.</i>	(Quam neque fas igni cuiquam nec sternere ferro)	
<i>Aen. 7.</i>	Immanem Lapithum valuit, cui tristia bella	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Iræque insidiæque & crimina noxia cordi:	
<i>Aen. 7.</i>	Atque odijs versare domos, & viuere rapto.	<i>Aen. 7.</i>
<i>Geo. 3.</i>	Vt lupus insidias dum explorat ouilia circum	
<i>Aen. 6.</i>	Ingenti trepidare metu cum vidit ab alto	<i>AE. 10</i>
<i>Aen. 5.</i>	Præcipitem fuluum descendere monte leonem	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 12</i>	Mille fugit refugit que vias, & concaua furtim	<i>Aen. 5.</i>
<i>AEn. 5</i>	Saxa petit, seque ex oculis auertit & aufert.	<i>Aen. 4.</i>
<i>Ecl. 1.</i>	Sic hoc versa fugâ victor dare terga coëgit.	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Huius in aduentu, quo non præstantior alter,	<i>Aen. 6.</i>
<i>AE. 8.</i>	Terrentur visu subito (mirabile dictu)	<i>Aen. 2.</i>
<i>AE. 10</i>	Hoc virtutis opus, pacique imponere morem	<i>AE. 6.</i>
		Parce-

CENTONES VIRGIL.

<i>Aen.</i> 6.	Parcere subiectis, & debellare superbos.	
<i>Aen.</i> 3.	O felix vna ante alias pulcherrima Roma.	<i>Geo.</i> 2.
<i>Ecl.</i> 4.	Aspice, venturo latentur vt omnia sæclo :	
<i>Ecl.</i> 5.	Non lupo infidias pecori, nec lustra ferarum	<i>Geo.</i> 2.
<i>Ecl.</i> 5.	Vlla dolum meditantur: amat bonus ocia pastor.	<i>Ecl.</i> 5.
<i>Aen.</i> 6.	Nec vim tela ferunt, tutâ latet arce viator :	<i>AE.</i> 10
<i>Geor.</i> 2.	Castâ pudicitiam seruat domus: herba veneni	<i>Ecl.</i> 4.
<i>Ecl.</i> 4.	Occidit, & serpens terris vestigia fecit :	<i>Geor.</i> 2.
<i>Geor.</i> 2.	Iustitia, ac toto surget gens aurea mundo.	<i>Ecl.</i> 4.
<i>Aen.</i> 3.	Viuite felices: fuit ingens Monte sub Alto	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 3.	Vobis parta quies: pacem laudate sedentes.	<i>Aen.</i> 11
<i>Ecl.</i> 7.	Nymphæ noster amor Libethrides, en erit vnquã	<i>Ecl.</i> 8.
<i>Ecl.</i> 8.	Ille dies? totum vt liceat mihi ferre per orbem	<i>Ecl.</i> 8.
<i>Geor.</i> 1.	Carminibus patrijs laudes & facta parentis,	<i>Ecl.</i> 4.
<i>AE.</i> 7.	Tyrrhenum ad Tybrim & fontis vada sacra, vbi campos	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 9.	Martius à stabulis rapuit lupo, vndique lymphas	
<i>Aen.</i> 6.	Faucibus effundens viridi proiectus in antro,	<i>Ecl.</i> 1.
<i>Geor.</i> 4.	Exsultans rorem latè dispergit amicum.	
<i>Aen.</i> 6.	Iam pridem cupio: suspensam blanda vicissim	<i>Aen.</i> 5.
<i>AE.</i> 5.	Gaudia pertentant mentem: tua dicere facta	<i>Ecl.</i> 8.
<i>Aen.</i> 7.	Quæ potui infelix? non omnia possumus omnes.	<i>Ecl.</i> 8.
<i>Ecl.</i> 2.	Quamuis Parnassi deserta per ardua dulcis	<i>Geo.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Raptat amor, iussisque ingentibus vrget Apollo.	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 4.	Ecce iterum toto descendit corpore pestis	<i>AE.</i> -
<i>AE.</i> 8.	Huic capiti insultans: lentus non deficit humor.	<i>Geor.</i> 1.
<i>Aen.</i> 2.	Ex illo fluere, & crudeli tabe peredit	<i>AE.</i> 6.
<i>Geor.</i> 1.	Ingenium: non lingua valet, non corpore notæ	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 12.	Sufficiunt vires: caput horum & causa malorum,	<i>Aen.</i> 11
<i>Ecl.</i> 1.	(Namq; fatebor enim) sceleris vestigia nostri	<i>Ecl.</i> 4.
<i>Aen.</i> 6.	His mersere malis. culpam compesce, priusquam	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Dira per incautum serpent contagia pectus.	
<i>Aen.</i> 6.	Siste precor, miserere potes namq; omnia, nec te	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 6.	Nec quicquam sacrâ longæum in sede locauit	<i>Aen.</i> 2.

IVLII CAVILVPI

<i>AE. 10.</i>	Omnipotens genitor, cœloq; Ereboq; potentem.	<i>Aen. 6.</i>
<i>AEn. 1.</i>	Ad te confugio: patet atri ianua Ditis,	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Panduntur portæ domus omnipotentis Olympi.	<i>Aen. 10.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Submissi petimus terram, miserere precantis.	<i>Ae. 10.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Da deinde auxilium, atque alto succedere cœlo	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Indulge: fer rite preces, iramq; minasq;ue	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Supplicibus supera votis. per sydera testor	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Per superos, colui vestros si semper honores:	<i>Aen. 12.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Ipse tibi ad tua templa feram solemnia dona:	
<i>Geor. 3.</i>	Aonio rediens deducam vertice Musas	
<i>Aen. 6.</i>	Insuetum per iter, & te memorande canemus.	<i>Geor. 3.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Idem venturos tollemus in astra nepotes.	
<i>Aen. 12.</i>	Quo res cunq;ue cadent, quæ ritè incepta paravi	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Perficere est animus, mecum modò vita super sit.	<i>Geor. 3.</i>
<i>AE. 7.</i>	Tu vatem, tu Diua mone: dicam optima facta,	<i>Aen. 10.</i>
<i>AE. 10.</i>	Facta patris laudes audacibus annue ceptis.	<i>Geor. 1.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Te sine nil altum mens incoat: en age segnes	
<i>Geor. 3.</i>	Rûpe moras, têtanda via est, quâ me quoq; possim	<i>Geor. 3.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Tollere humo, stimulos sub pectore vertit Apollo.	<i>AE. 6.</i>
<i>AE. 7.</i>	Dicam olim quocunq;ue dabunt se tempore vires.	<i>Aen. 4.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Hinc canere incipiam lucos atque aurea tecta,	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Aurea nunc, olim siluestribus horrida dumis	
<i>Geor. 4.</i>	Mox scena vt versis discedat frontibus, vtq;ue	
<i>Aen. 7.</i>	Ipse Quirinali Romano nomine Portam	<i>AE. 8.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Imposuit, pinosq;ue ferens de montibus altis,	<i>Geor. 4.</i>
<i>Geor. 4.</i>	Eduramq;ue Pyrum, biferique rosaria Pesti,	<i>Geor. 4.</i>
<i>Geor. 4.</i>	Tecta serit late circum dimensa viarum	<i>Geor. 2.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Ordine cuncta suo, factura nepotibus vmbra.	<i>Geor. 2.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Addam vrbes, molemq;ue & montes insuper altos.	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Hic templum donis opulentum & numine Diuæ.	
<i>Geor. 1.</i>	Felices fontes, & stagna virentia musco.	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Hoc etiam his addam saxumq; immane mouentè,	<i>Aen. 12.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Immanem molem secretâ in sede latentem:	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Vt tumidum sub te permensi nauibus æquor.	

Hic

CENTO III.

<i>Aen.</i> 1.	Hic pietatis honos, quo tutior hospita lustres	
<i>Aen.</i> 3.	AEquora, & Ausonio possis confidere portu.	<i>AEn.</i> 3.
<i>Aen.</i> 7.	Dat tibi præterea: susceptum perface munus	
<i>Aen.</i> 5.	Summe pater, rebusque veni non asper egenis.	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 5.	Quod superest oro, si quid mea carmina possunt,	<i>Aen.</i> 8.
<i>AE.</i> 6.	Huc geminas nunc flecte acies, & mœnia serua	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 10.	Fatidicæ Mantûs: propius res adspice nostras.	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 1.	Nos tua progenies: referentem signa Camillum	<i>AEn.</i> 1.
<i>Aen.</i> 2.	Hinc primum tutare, ingens caput oris hiatu	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 11.	Cui malæ texere Lupi: nec vestra feretur	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 7.	Fama leuis, tantique abolefcet gratia facti:	<i>Aen.</i> 7.
<i>Ecl.</i> 9.	Cantantes sublime ferant ad nubila cygni	
<i>Aen.</i> 6.	Siste tuum nomen, superet modò Mantua nobis,	<i>Ecl.</i> 9.
<i>Aen.</i> 10.	Mantua diues auis Troianæ gloria gentis.	<i>Aen.</i> 6.



AD ILLUSTRIS. HIERONYMVM

de Ruuere,

S. R. E. Cardin. ampl.

Iulij Capilupi Cento III.

<i>Aen.</i> 7.	H esperia in magnâ multos seruata per annos	
<i>Aen.</i> 6.	Monte sub aërio, tardis vbi flexibus errat	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 2.	Inter opima virûm fluuio Tiberinus amœno,	<i>Aen.</i> 7.
<i>Geor.</i> 2.	Exijt ad cœlum ramis felicibus Arbos	
<i>Aen.</i> 7.	Sacra comam, nemorumq; Ioui quæ maxima fron-	<i>Geor.</i> 2.
<i>Ecl.</i> 7.	Populus in siluis, abies in montibus altis, (det.	
<i>Ecl.</i> 7.	Formosæ myrtus Veneris, Parnasia laurus,	<i>Geor.</i>
<i>Ecl.</i> 7.	Fraxinus in siluis cedet tibi, Pinus in hortis.	
<i>Ecl.</i> 5.	Vitis vt arboribus decus est, vt vitibus vuæ:	
<i>Ecl.</i> 5.	Tu decus omne tuis, bis pomis utilis arbos.	<i>Geor.</i> 2.
<i>Geo.</i> 2.	Dant alios aliæ fetus: dat Tmolus odores:	<i>Geor.</i> 1.
<i>Geor.</i> 1.	India mittit ebur: molles sua thura Sabæi:	

IVLII CAVILVPI

<i>Geor. 1.</i>	Hæc varios ponit fetus. virtutis auitæ	<i>Aen. 10</i>
<i>Geor. 2.</i>	Pullulat ab radice alijs densissima silua.	
<i>AE. 6.</i>	Aurea perpetuo frondescit virgo metallo.	<i>Aen. 6.</i>
<i>Geor. 2.</i>	Præterea gen ^o haud vnum dedit: hic genus omne	<i>Geor. 2.</i>
<i>Geor. 2.</i>	Siluarum fruticumq; viret nemorumq; sacrorum.	
<i>Geor. 2.</i>	Chaonijque patris glandes, semperque recentes	<i>Aen. 9.</i>
<i>Geor. 2.</i>	Et trudit gemmas & frondes explicat omnes.	<i>Geor. 2.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Cùm nix alta iacet, glaciem cùm flumina trudent,	
<i>Aen. 4.</i>	Huc illuc ramos annosaq; brachia pandit.	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Dat latè pecori frondem, aut pastoribus vmbra.	<i>Geor. 2.</i>
<i>Geor. 2.</i>	illudunt, pascuntur oues: sub matribus agni	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Balatum exercent. læti conuiuia curant	<i>Geor. 1.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Intenduntq; locum fertis lustrantque choreis	<i>Aen. 10</i>
<i>Ecl. 1.</i>	Pastores: primum dulces ante omnia Musæ	<i>Geor. 2.</i>
<i>AE. 7.</i>	Corpora sub ramis deponunt arboris altæ.	
<i>Aen. 6.</i>	Floribus insidunt varijs & carmina dicunt.	<i>Aen. 6.</i>
<i>Geor. 2.</i>	Auia tum resonant auibus virgulta canoris:	
<i>Aen. 9.</i>	Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.	
<i>Ecl. 9.</i>	Hic ver purpureum: varios hinc flumina circum	
<i>Ecl. 9.</i>	Fundit humus flores: texunt vmbacula vites.	<i>Ecl. 9.</i>
<i>Geor. 2.</i>	Nec gregibus liquidi fontes, nec gramina defunt.	
<i>AE. 7.</i>	Huius apes summum densæ (mirabile dictu)	
<i>Aen. 7.</i>	Obsedere apicem, cœloque examina ludunt:	<i>Geor. 4.</i>
<i>Geor. 4.</i>	Educunt fetus, & mella tenacia figunt.	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Hinc Italæ gentes, omnisq; Oenotria tellus,	
<i>Aen. 7.</i>	In dubijs responsa petunt, curasq; resoluit.	<i>Geor. 1.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Hinc & tum pater ipse petens responsa Latinus.	
<i>Geor. 2.</i>	Ipsa dies agitat festos, ouiumque magistros	<i>Ecl. 2.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Edocet, humanis quæ sit fiducia rebus:	
<i>Geor. 4.</i>	Per populos dat iura, viamq; affectat Olympo.	
<i>Geor. 2.</i>	Ergo non hyemes illam, non flabra, nec imbres	
<i>Geor. 2.</i>	Conuellunt, solidoque suæ stant robore vires.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 1.</i>	O quam te memorem mecum modò vita super sit:	<i>Geor. 3.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Fatidicæ Mantûs quæ sunt mihi condita versu	<i>Ecl. 10.</i>

Carmina

CENTO III.

<i>Ecl.</i> 10.	Carmina pastoris modulans alterna notavi.	<i>Ecl.</i> 5.
<i>AE.</i> 3.	Pauca tibi è multis, prohibent nam cætera Parcæ,	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 4.	Nunc, olim, quocunque dabunt se tempore vires,	
<i>AE.</i> 11.	Dicamequidē: maior rerum mihi nascitur ordo.	<i>Aen.</i> 7.
<i>Ecl.</i> 2.	Sed tamen ista fatis: membris agit atra venena	<i>Geor.</i> 2.
<i>AE.</i> 8.	Huic capiti insultans fluuid ^o liquor, omniaq; in se	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 9.	Prona trahit, subitōque omnis de corpore fugit	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 10.	Effera vis animi: talemque auertite pestem	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 8.	At vos ō superi, & Diuūm tu maxime rector	
<i>AE.</i> 6.	Eripe me his inuicte malis. via prima salutis	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 1.	Ad te confugio, & supplex tua numina posco.	
<i>Aen.</i> 10.	Quo feror? unde abij? fugit irreparabile temp ^o ;	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 9.	Mens agitat mihi, nec placidā contenta quiete est,	
<i>AEn.</i> 7.	Tyrrhenum ad Tibrim, & fontis tua dicere facta,	<i>Ecl.</i> 8.
<i>Ecl.</i> 8.	Propter aquæ riuum redimitus tempora quercu,	<i>Geor.</i> 1.
<i>Aen.</i> 2.	Hic vbi visa cito decurrit tramite Virgo	<i>Aen.</i> 5.
<i>Geor.</i> 3.	Purior electro: strepit omnis murmure campus	<i>Aen.</i> 6.
<i>Geor.</i> 3.	Martius: illa cadens raucum per leuia murmur	<i>Geor.</i> 1.
<i>Geor.</i> 1.	Saxa ciet, scatebrisq; arentia temperat arua.	
<i>Ecl.</i> 7.	Hic arguta sacrâ pendebit fistula quercu.	
<i>AE.</i> 12.	Interea maneat nostros ea cura nepotes, (bit.	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 9.	Quando aliter nequeo, hæc olim meminisse iuua-	<i>Aen.</i> 1.
<i>Geor.</i> 1.	Deniq; namq; super tibi erunt, qui dicere laudes	<i>Ecl.</i> 6.
<i>Aen.</i> 5.	Intendant: iuuat ire iugis, quâ nulla piorum	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.	
<i>Aen.</i> 2.	Ipse inter primos magnam Mauortis ad urbem	<i>Aen.</i> 6.
<i>Geor.</i> 2.	Sufficiet sacrâ reddimitus tempora lauro,	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 5.	Tnm genus omne tuum famâ tot ferre per annos	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 2.	Nota quot Ionij veniunt ad litora fluctus.	
<i>Aen.</i> 5.	Salue magna Iouis antiquo robore quercus:	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 2.	Ipsa ingens arbor, factura nepotibus vmbra,	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 1.	Sis felix: tibi res antiquæ laudis & artis,	<i>Geor.</i> 2.
<i>Geor.</i> 4.	Mores & studia, & series longissima rerum.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 6.	Te quoq; magna manet: superū iam signat honore	<i>Aen.</i> 6.
<i>AE.</i> 6.	Et pater ipse suo, rerum cui summa potestas.	<i>Aen.</i> 10.

IVLII C A P I L V P I

<i>AE.</i> 3.	O felix vna ante alias ! voluentibus annis	<i>Aen.</i> 1.
<i>Geor.</i> 1.	Scilicet & tempus veniet, cum hæc terra videbit	<i>Aen.</i> 12
<i>Geor.</i> 4.	Seruantem ripas, vicinaque Tibridis arua,	<i>Aen.</i> 3.
<i>AEn.</i> 9.	Sceptra Palatini, & summâ dominarier arce.	<i>Aen.</i> 7.
<i>AE.</i> 12	Audiat hæc genitor: super & Garamantas & Indos	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 6.	Proferet imperium: cœli de parte serenâ	<i>Aen.</i> 9.
<i>AE.</i> 10	Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum:	
<i>Aen.</i> 2.	Intonuit læuum. Ruere omnia visa repentè.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Ecl.</i> 8.	Tunc & oues vltro fugiet lupus: aurea duræ	
<i>Ecl.</i> 8.	Mala ferant quercus: omnis ferat omnia tellus:	<i>Ecl.</i> 4.
<i>Ecl.</i> 8.	Cum canibus timidi veniant ad pocula damæ:	
<i>Ecl.</i> 2.	Montibus & siluis aries iam suaue rubenti	<i>Ecl.</i> 4.
<i>Ecl.</i> 4.	Murice iam croceo mutabit vellera luto:	
<i>Ecl.</i> 4.	Incultisq; rubens pendeat sentibus vua.	
<i>Ecl.</i> 5.	Hæc tibi semper erunt: flauescet campus aristâ	<i>Ecl.</i> 4.
<i>Ecl.</i> 4.	Sponte suâ: Assyrium vulgo nascetur amomum:	<i>Ecl.</i> 4.
<i>Ecl.</i> 4.	Et duræ quercus sudabunt roscida mella:	
<i>Ecl.</i> 4.	Non rastros patietur humus. celebrate fauentes	<i>Aen.</i> 8.
<i>Ecl.</i> 4.	Talia sæcla. quibus cœlo te laudibus æquem?	
<i>Aen.</i> 11	O decus Italiæ meritò pars maxima nostræ,	<i>Geor.</i> 2
<i>AE.</i> 4.	Adsis ô placidusque iuues, hanc aspice gentem	<i>AE.</i> 6.
<i>Aen.</i> 1.	Antiquasq; domos, cui nunc cognomen Iulo,	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 11.	Et malæ texere Lupi caput oris hiatu:	<i>AE.</i> 11.
<i>AE.</i> 3.	Et genus & mansuram urbem, tuaq; inclita fama	<i>AE.</i> 2.
<i>Geor.</i> 2.	Sistat & ingenti ramorum protegat vmbra.	
<i>Ecl.</i> 9.	Sic tua Cynæas fugiant examina taxos:	
<i>Aen.</i> 10.	Numina nulla premant, rapidiue potentia Solis,	<i>Ger.</i> 1.
<i>Geor.</i> 1.	Acrior aut Boreæ penetrabile frigus adurat.	
<i>Ecl.</i> 10.	Ah tibi ne teneras glacies secet aspera glandes.	
<i>Ecl.</i> 7	Iuppiter at læto descendat plurimus imbri	
<i>Aen.</i> 6.	Spargens rore leui: fluuios dum piscis amabit,	<i>Ecl.</i> 5.
<i>Ecl.</i> 5.	Dūq; thymo pascentur apes, dum fronde capellæ:	<i>Ecl.</i> 10.
<i>Aen.</i> 4.	Dū memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus,	
<i>Aen.</i> 8.	Semper honore meo, semper celebrabere donis,	

AD



AD ILLUSTRIS. SCIPIONEM GON-
ZAGAM, Cardinalem ampliss.

Iulij Capilupi Cento IV.

<i>Ecl. 10.</i>	E Xtremum hunc Arethusa mihi concede la- borem.	
<i>Aen. 10.</i>	Fatidicæ Mantus Tiberini ad fluminis vndam	<i>Aen. 10</i>
<i>Ecl. 10.</i>	Carmina sunt dicenda. neget quis dicere laudes	
<i>Aen. 6.</i>	Scipiadas? vocat ingenti clamore Citheron.	<i>Geor. 3.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Delius inspirat vates, aperitque futura.	
<i>Aen. 9.</i>	Vos ô Calliope precor adspirate canenti,	
<i>Aen. 3.</i>	Quæ mihi prædixit velatus arundine glaucâ	<i>AE. 10</i>
<i>Aen. 10.</i>	Mincius, in ripâ gelidique sub ætheris axe	<i>Aen. 8.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Purior electro, cœlo gratissimus amnis:	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Populeas inter frondes lucosque sonantes,	<i>Ecl. 10.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Cum primum viridante toro confederat herbæ.	<i>Aen. 6.</i>
<i>Ecl. 6.</i>	Ille canit, pulsæ referunt ad sydera valles.	
<i>Aen. 3.</i>	Audite ô proceres, ait, & spes discite vestras.	
<i>Aen. 5.</i>	Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta:	
<i>Ecl. 6.</i>	Non iniussa cano, pertentant gaudia pectus:	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Ore fauete omnes, lætasque aduertite mentes.	
<i>Ecl. 4.</i>	Iam noua progenies magnum ventura sub axem	<i>Aen. 6</i>
<i>Aen. 10.</i>	Quod votis optastis adest, nec Romula quondam	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Vilo se tantum tellus iactabit alumno.	
<i>Aen. 8.</i>	Vatis fatidicæ venit iam carminis ætas.	<i>Ecl. 4.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Nec longum in medio tempus, iustissimus vnus	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Per gentes erit, haud vlli virtute secundus.	<i>Aen. 11</i>
<i>Aen. 7.</i>	Namque fore illustrem famâ factisque canebat,	
<i>Aen. 7.</i>	insignem pietate virum, voluentibus annis:	<i>Aen. 1.</i>
<i>Ae. 12.</i>	Cui genus à proavis ingens; insigne paternum	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Quattuor hic primum nigrantes terga volucres.	<i>Aen. 5.</i>
		Signa

IVLII CAESARIS

<i>Aen.</i> 3.	Signa tibi dicam, pedibus Iouis armiger uncis	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 5.	Alta petens genti nomen dedit, armaque finxit:	<i>Aen.</i> 1.
<i>Geor.</i> 4.	Quod iam non dubijs poteris cognoscere signis.	
<i>AE.</i> 3.	Pauca tibi è multis, tu condita mente teneto,	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 3.	Expeditam, si prima domus repetatur origo	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 1.	Ante diem clauso componet vesper Olympo.	
<i>Aen.</i> 6.	Hic rem Romanam Tyrio conspectus in ostro	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 6.	Lustrabit studio recolens, opibusque iuuabit.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Consilia in melius referet: Mauortis ad urbem	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 1.	Iura dabit, legesque viris, ritusque sacrorum.	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 1.	Ille reget dictis animos, nec parua sequetur	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 11	Gloria lecta diu & multo spectata labore.	<i>Geor.</i> 1.
<i>Aen.</i> 12	Succedet fama, qua Sol utrunque recurrens	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 7.	Adspicit Oceanum, viuisque per ora feretur.	<i>Aen.</i> 12
<i>AE.</i> 10.	Hoc virtutis opus. Referam tibi Mantua palmas:	<i>Geor.</i> 3.
<i>AE.</i> 10.	Mantua diues auis totum vulgata per orbem.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 8.	Quare agite, o iuuenes, tantarum in munere laudum,	
<i>Ecl.</i> 5.	Spargite humum folijs, inducite fontibus umbras.	
<i>Ecl.</i> 7.	Nymphæ noster amor, præstanti corpore nymphæ,	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 8.	Cingite fronde comas. iuuat indulgere choreis,	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 7.	Donaque ferre viro, solennes ducere pompas.	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 11	Nos verò hæc patriam grati referemus ad urbem.	
<i>Geor.</i> 2.	O decus, o famæ merito pars maxima nostræ,	
<i>Aen.</i> 8.	Flos veterum virtusque virum, mea maxima cura,	<i>Aen.</i> 1:
<i>AE.</i> 8.	Adsis o tandem, per spem surgentis Iuli	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 2.	Hanc primùm tutare domum, genus acre Luporum.	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 4.	Adsis o placidusque iuues, & sidera cælo	
<i>Aen.</i> 4.	Dextra feras, meriti tanti non immemor vnquam.	<i>Aen.</i> 9.
<i>Ecl.</i> 4.	Aggredere o magnos, aderit iam tempus, honores	
<i>Ecl.</i> 4.	Cata Dei soboles, magnum decus addite Diuis.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 4.	Olli se quantis attollet gloria rebus!	<i>Aen.</i> 4.
<i>A n.</i> 9.	At tu magne pater, cælicui sidera parent,	<i>Aen.</i> 10
<i>Aen.</i> 3.	Inferni que lacus, atque altæ moenia Romæ,	<i>Aen.</i> 1.
		Sis

CENTO IV.

<i>Ecl.</i> 5.	Sis bonus ô Felixque tuis, de Montibus Altis.	<i>Geor.</i> 4.
<i>Aen.</i> 6.	Missus in imperium magnum, sedesque beatas.	<i>Aen.</i> 6.
<i>Ecl.</i> 2.	Huc ad sis nostrumque leues quemcunq; laborem.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Ecl.</i> 4.	Tuque adeò decus hoc æui, quas dicere grates,	<i>Aen.</i> 11.
<i>AE.</i> 11.	Quasue referre parem? est insignis gloria facti.	<i>Aen.</i> 12.
<i>Aen.</i> 2.	Vndique visendi studio Romana propago	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 2.	Circumfusa ruit: voces ad sydera iactant	<i>Ecl.</i> 5.
<i>Ecl.</i> 5.	Intonsi montes: omnes vno ore Latini	<i>AE.</i> 12.
<i>Aen.</i> 8.	Lætitiâ ludisque viæ plausuque fremebant.	
<i>Aen.</i> 1.	Non opis est nostræ grates persolvere dignas:	
<i>Aen.</i> 12.	Nec gens vlla tuos æquè celebrabit honores.	
<i>Aen.</i> 6.	Quid memorem portas strepitumq; & strata viarū	<i>AEn.</i> 1.
<i>Aen.</i> 3.	Inspectura domos? solido de marmore templa	<i>AEn.</i> 6.
<i>Geor.</i> 2.	Tot congesta manu? pæruptis oppida saxis	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 8.	Artis opisque tuæ? scenis decora alta futuris?	<i>AEn.</i> 1.
<i>Geor.</i> 2.	Fluminaque antiquos subterlabentia muros?	
<i>Ecl.</i> 1.	Et fontes sacros diuini gloria ruris?	<i>Geor.</i> 1.
<i>Aen.</i> 6.	Nec vidisse semel satis est, iuuat vsque morari:	
<i>Geor.</i> 3.	Quinetiam saliente sitim restringere riuo.	<i>Ecl.</i> 5.
<i>Geor.</i> 2.	Adde tot egregias vrbes, operumque laborem,	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 3.	Quas vestræ fecere manus: recludere fontes	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 7.	Cura tibi: insano iuuat indulgere labori.	<i>Aen.</i> 2.
<i>Geor.</i> 3.	Quid maiora sequar? liceat tua dicere facta:	<i>Ecl.</i> 8.
<i>Aen.</i> 12.	Saxum antiquum ingens, æquataque machina cœlo	<i>Aen.</i> 4.
<i>AE.</i> 8.	Stabat acuta silex, penetrali in sede sub auras	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 4.	Erecta ingentes, cineres atque ossa perempti	<i>Aen.</i> 5.
<i>Geor.</i> 3.	Cæsaris & nomen multos seruata per annos,	<i>AE.</i> 7.
<i>Aen.</i> 6.	Per loca senta situ nunquam concessa moueri.	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 1.	Tantæ molis erat, summo cum monte videmus	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 4.	(Horrendum dictu) vastâ se mole mouentem,	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 2.	Accingunt omnes operi pedibusque rotarum	
<i>Aen.</i> 2.	Subijciunt lapsus, tacitam se pondere prodit.	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 9.	Obstupuere animis, mediaque in valle theatri	<i>Aen.</i> 5.

L

Inse-

IVLII CAPIVPI

<i>Aen.</i> 2.	Infedit, dorso insurgens altissima visu.	<i>Aen.</i> 8
<i>AE.</i> 6.	Ergo altè vestiga oculis venerabile lignum	<i>Ae.</i> 12.
<i>Aen.</i> 12	Vertice se attollens corpus miserabile nati.	<i>Ecl.</i> 5.
<i>Geor.</i> 3.	Hic quondam multo vitam cum sanguine fudit.	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 6.	Heu pietas, heu prisca fides ! Christi que decoram	<i>Aen.</i> 9.
<i>Geor.</i> 4.	Cæsariem sparsi rorabant sanguine vepres.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 5.	Proh scelus ! ingenti concussa est pondere tellus.	<i>AEn.</i> 9.
<i>Geor.</i> 1.	Impia que æternam timuerunt sæcula noctem.	
<i>Aen.</i> 1.	Nate patris summi nimium crudele luisti	<i>Aen.</i> 11
<i>Aen.</i> 11	Supplicium (ea visa salus morientibus vna)	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 6.	Causa mali tanti sceleris vestigia nostri.	<i>Ecl.</i> 4.
<i>Aen.</i> 3.	Submissi petimus terram, sperare salutem	<i>AE.</i> 2.
<i>Aen.</i> 11	Da pater hoc nobis : pacem te poscimus omnes.	<i>Aen.</i> 11
<i>Aen.</i> 10	Et duplices cum voce manus toilemus ad astra.	<i>Ecl.</i> 5.
<i>AE.</i> 3.	Sola in te suprema salus, miserere tuorum.	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 9.	Spondeo digna tuis ingentibus omnia ceptis	
<i>Ecl.</i> 1.	Fortunate senex, facta est pulcerrima Roma.	<i>Geor.</i> 2
<i>Geor.</i> 2.	Salve magna parens multos dominata per annos:	<i>Aen.</i> 2.
<i>Geor.</i> 2.	Magna virum, tibi res antiquæ laudis & artis.	
<i>Geor.</i> 2.	Diues opum variarum ostro que insignis & auro.	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 10	Ipsa caput populis tot iam labentibus annis.	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 3.	Hospitium antiquum, decus & tutamen in armis	<i>Aen.</i> 5.
<i>Geor.</i> 4.	Magnanimum Heroum, genus insuperabile bello.	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 9.	Quod superest, oro, septem subiecta Trioni,	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 8.	Gensque virum truncis & duro robore nata,	
<i>Geor.</i> 2.	Et pulcer Ganges, atque auro turbidus Hermus,	
<i>Aen.</i> 8.	Omnis Arabs, omnes vertentes terga Sabæi,	
<i>Geor.</i> 1.	Numina sola colant : tibi seruiat vltima Thyle.	<i>Geor.</i> 1.
<i>Ecl.</i> 6.	Carmina, quæ vultis, cognoscite : carmina vobis	
<i>Ecl.</i> 6.	Huic aliud mercedis erit. celebrate fauentes	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 6.	Scipiadas laudes. vltro occurramus ad vndas	<i>Aen.</i> 10.
<i>Aen.</i> 7.	Collis Auentini : hic etiam sua præmia laudi.	<i>AEn.</i> 1.
<i>Aen.</i> 3.	Sol ruit interea, & montes vmbrentur opaci.	
<i>Aen.</i> 1.	Durate, & vosmet rebus seruate secundis.	

Hæc

CENTO IV.

Aen. 5. | Hæc vbi dicta, lacu fluuius se condidit alto
AE. 7. | Mincius, & rebus nox abstulit atra colorem.

| *Aen.* 8.
 | *Aen.* 6.



AD ILLVSTRISS. D. THOMAM AVALI
 Marchionis Piscariæ F.

IVLII CAPILVPI CENTO V.

<i>AE.</i> 11.	O decus Italiae, magnæ spes altera Romæ,	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 9.	Maeste nouâ virtute puer: fate sanguine Diuû	<i>Aen.</i> 6.
<i>Ecl.</i> 2.	Huc ades, inceptumque vnâ decurre laborem:	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 9.	Nulla meis sine te quæretur gloria rebus.	
<i>Aen.</i> 3.	Nam te Parnassi deserta per ardua dulcis	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Raptat amor, Phœbo gaudet Parnassia rupes.	<i>Ecl.</i> 6.
<i>AE.</i> 12.	Ipsæ suas artes, sua munera lætus Apollo	
<i>Aen.</i> 5.	Donat habere. quibus cœlo te laudibus æquem?	<i>Aen.</i> 11
<i>Ecl.</i> 4.	O mihi tam longè maneat pars vltima vitæ,	
<i>Ecl.</i> 4.	Spiritus vt liceat totum mihi ferre per orbem	<i>Ecl.</i> 8.
<i>Ecl.</i> 8.	Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.	
<i>Aen.</i> 9.	Te verò, venerande puer, quo carmine dicam?	<i>Geor.</i> 2.
<i>AE.</i> 11	Dicam equidem, maior rerum mihi nascitur ordo.	<i>Aen.</i> 7.
<i>Ecl.</i> 4.	Teque adeo decus hoc æui, te maxima rerum	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 7.	Roma colit, viridique aduelat tempora lauro	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 4.	Ipsa tibi: nam te maioribus ire per altum	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 3.	Auspicijs manifesta fides: in te ora Latini	<i>Aen.</i> 12.
<i>Aen.</i> 12	In te oculos referunt: possit quid viuida virtus	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 11	Experiate licet; iuuat indulgere labori.	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 12	O præstans animi iuuenis, tu maximus ille es:	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 6.	Vnus qui nobis virtutem extendere factis,	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 9.	Ante annos animumque gerens curamq; virilem,	
<i>Aen.</i> 5.	Ausus & angustis hunc addere rebus honorem.	<i>Aen.</i> 3.

Stat

IVLII CAESARIS CENTO V.

<i>Geor. 4.</i>	Stat domus interior regali splendida luxu,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Geor. 2.</i>	Diues opum variarum, & aui numerantur auorum.	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Quid memorem spolia illa tuis pendentia tectis	<i>Aen. 5.</i>
<i>Geor. 4.</i>	Magnanimū Heroum, tot iam labētibus annis?	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Quinetiam veterum effigies decora alta parentū,	<i>Aen. 2.</i>
<i>Geor. 4.</i>	Mores & studia, & sacris in postibus arma.	<i>AE. 7.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Fortia facta patrum, pugnataque in ordine bella,	<i>AE. 8.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Iamdudum famā totum vulgata per orbem,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Te quoq; magna manent, opera ad maiora remit-	<i>Aen. 12.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Gratior & pulcro veniens è corpore virtus. (tet	
<i>Ecl. 4.</i>	Aggredere o magnos, aderit iam tēpus, honores,	
<i>Geor. 2.</i>	O decus, o famæ meritò pars maxima nostræ	
<i>Ecl. 5.</i>	Fortunate puer: primam hanc tibi magnus Apollo	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Concedit laudem, & magna inter præmia ducet.	<i>AE. 12.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Vndique visendi studio Romana propago	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Attonitis inhians animis, tua cernere facta	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Affuescat, primis & te miretur ab annis.	
<i>Geor. 3.</i>	Ergo omni studio, laudis succensus amore,	<i>AE. 7.</i>
<i>AE. 2.</i>	Nec te pœniteat repetentem exempla tuorum,	<i>Aen. 12.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Noctes atque dies duros perferre labores:	<i>Aen. 6.</i>
<i>Ecl. 9.</i>	Cantantes sublimē ferent ad sidera cygni	
<i>Aen. 5.</i>	Tū genus omne tuū, genus alto à sanguine Diuūm.	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Hinc Italæ gentes, omnisque Oenotria tellus,	
<i>AE. 7.</i>	Extremique hominum Morini, tunc vndiq; vasti	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Nomen in astra ferant, pueri innuptæq; puellæ,	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Matres atque viri, dulces ante omnia Musæ	<i>Geor. 2.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Facta canent: pulsæ referunt ad sidera valles,	<i>Ecl. 6.</i>
<i>AE. 5.</i>	Vnde genus ducis. liceat tua dicere facta	<i>Ecl. 8.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Carminibus patrijs Tiberini ad fluminis vndam:	<i>Aen. 10.</i>
<i>Ecl. 10.</i>	Siue mihi, tardis ingens vbi flexibus errat	<i>Geor. 3.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Mincius, & tenerâ prætexit arundine ripas	
<i>Aen. 10.</i>	Fatidicæ Mantūs: si quid mea carmina possunt,	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Dū memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus,	
<i>Aen. 1.</i>	Semper honos, nomenq; tuū laudesq; manebunt.	

AD



AD IULIVM ROSCIVM
Hortinum

IULII CAESARIS CENTO VI.

<i>Aen.</i> 8.	V Atis fatidicæ lætum celebremus honorem	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 7.	Littus ad Aufonium :	
<i>Aen.</i> 8.	Auxilium aduentumque Dei ritusque sacrorum	<i>AE.</i> 12
<i>AE.</i> 11.	Intemerata colit :	
<i>Aen.</i> 5.	Edocet imperium, & cari præcepta Parentis	
<i>Geor.</i> 1.	Carminibus patrijs.	
<i>Geor.</i> 1.	Iam pridem nobis ille hæc monumenta reliquit	<i>Aen.</i> 6.
<i>Ecl.</i> 8.	Pignora cara sui ;	
<i>Aen.</i> 1.	Iulius à magno demissum nomen Iulo,	
<i>Aen.</i> 11.	Egregiusque animi,	
<i>Aen.</i> 10.	Ingemuit miserans grauitè ; delapsa iacebant	<i>Ecl.</i> 6.
<i>Aen.</i> 10.	Per loca senta situ :	
<i>Aen.</i> 7.	Tyrrhenum ad Tibrim sub luminis edidit oras,	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 11.	Retulit in melius :	
<i>Aen.</i> 12.	Ipsè suas artes, sua munera lætus Apollo	
<i>Aen.</i> 5.	Donat habere viro ;	
<i>Aen.</i> 12.	Scire potestates rerum, cognoscere causas	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 7.	Semine ab ætherio.	
<i>Aen.</i> 12.	O præstans animi iuuenis, quas dicere grates,	<i>Aen.</i> 11
<i>Aen.</i> 11.	Quas sic referre parem ?	
<i>Aen.</i> 7.	Nursia, & Hortinæ classes, populique Latini	
<i>Aen.</i> 1.	Præmia digna ferant.	
<i>Geor.</i> 4.	Qualis populeâ moerens philomela sub vmbra,	
<i>Aen.</i> 4.	Cùm tacet omnis ager,	
<i>Geor.</i> 4.	Amisissos queritur fetus, per florea rura	<i>Aen.</i> 1.
<i>AE.</i> 10.	Corde premit gemitus :	



IVLII CÆCILII CENTO VI.

- Ecl.* 5. Tale tuum carmen nobis diuine Poëta.
Aen. 7. Assiduo resonat,
Aen. 11. Et mentem subitaque animum dulcedine mouit.
Ecl. 4. Tu decus omne tuis.
Geor. 1. Scilicet & veniet lustris labentibus ætas :
Aen. 11. Hæc mea magna fides :
Ecl. 4. Cùm duræ quercus sudabunt ROSCIDA mella
Geor. 4. Rupe sub aëriâ.
Geor. 3. Ergo omni curâ susceptum perface munus : *Aen.* 6.
Aen. 4. Eia age rumpe moras.
Aen. 2. Quo res cunq; cadent, tantarum in munere laudû, *Aen.* 8.
Aen. 4. Dum memor ipse mei,
Ecl. 5. Hæc tibi semper erunt; semper celebrabere donis, *Aen.* 8.
Aen. 8. Semper honore meo.

F I N I S.



H E N.



HENRICI MEIBOMII
NOTÆ AD CENTONES
IVLII CAPILVPI.

Ausonium Ethnicum fuisse supra diximus: Capilupus hic cui religioni se addixerit, manifestum fit ex primo & secundo Centone. Mariam matrem Domini, contra verbi diuini mandatum inuocat, & Romano Pontifici, tanquam Ecclesie capiti, & Christi in terris legato, nimium humiliter sese subijcit. Itaq; totum eius scriptum cum iudicio legendum. Primus Cento ut intelligi rectius possit, legantur qui scripserunt de Idolo D. Mariae, quod est in Loreto, Piceni opido, prope Musionem amnem. Meminit Laurentius Schraderus Monument. Italiae lib. 3. pag. 274. meminit Christianus Francken Iesuita in colloquio Iesuitico.

Secundus Cento Sixto vel Xysto, eius nominis V. Roman. Pontifici, inscriptus, facilis erit intellectu, si vita eius cognoscatur, quam luculenter descripsit Antonius Cicarella Italus. Pleraque eius opera, urbi Romae, ad pristinum splendorem reducenda, impensa, non obscure attinguntur.

In Tertio Centone difficultatis nihil inest, nisi quod versus ille: Hic ubi visa cito decurrit tramite Virgo, loquitur de aqueductu eius nominis. Fluit autem Virgo per campum Martium, ex agro Tusculano, deducta per Agrippam via Collatina. Meminit Ouidius lib. 3. Fastor. Martialis lib. 6. epigram. 42. ubi crudam vocat. Plin. libr. 31. cap. 3. Causam nominis alij explicant. Dioni aqua Augusta appellatur lib. 54.

Ibidem in alio versu: Et malæ texere Lupi Caput oris hiatu, alludit ad nomen Capiluporum, & gentis insignia, ut supra attigimus.

Quartus explicatus est, & planus. Insignia Gonzagarum, quæ sunt Aquila quatuor, designat eo versu, Quatuor hic primùm nigrantes terga volucres. De Sixto s. Pontif. Maximo loquitur cum sic scribit: Sis bonus ô felixque tuis de Montibus Altis. Etenim hic Pontifex
ante

NOTAE AD CENTON. IULII CAPIL.

ante Papatum dictus fuit Felix Peretus, natus in pago tenui, proximo civitati Formanae, cui nomen Montalto. Vide Anton. Cicarellam in vita Sixti, & Brutum Fulmen pag. 40.

Postremi duo Centones faciles intellectu nostram operam non requirunt. Quid praeterea à nobis praestitum sit, in singulis hisce poematis recensendis, breuiter indicabimus. Primò menda typographica, quae multa erant, sustulimus, tam ex textu, quam ex numeris marginalibus. Erant illi mirificè deprauati: nonnulli planè omisi: utrobique opem attulimus, & collatione cum fontibus factâ, quantum fieri potuit singula emendatiora & rectora reliquimus. Quantum verò Iulius Capilupus à Lelio patruo suo, quem aemulatus est, vincatur, rei Poëtica gnari animaduertent facile, ubi utrumque diligenter contulerint. Indulsi sibi multum Iulius: parcior in eo Lelius: immò rigidus legum Ausonianarum observator, quas ille planè negligit, substitutis de suo, quoties opus, vocibus proposito suo inseruentibus. Sed hæc indicari à nobis debent non exagitari. Vbi licentiâ suâ usus sit, deprehendent facillè, qui Virgilium legunt, & in succum & sanguinem redigunt: quod cum ab omnibus fieri velimus, nihil horum monstrabimus. An præter hos, à nobis nunc editos, alios etiam scripserint Centones Capilupi, etiamsi diligenter perquisiuerim, indagare nullus potui. Quae itaque habui depromsi, nihil dubitans, studiose iuuentuti, quæ opt. quosque auctores, ab ineunte ætate, contra atque vulgus facit, legere & imitari debet, rem me fecisse longè gratissimam. Non desinam autem deinceps etiam, vel similia vel meliora etiam, vsui rei literariae seruentia, extundere, modò ille, qui omnis boni auctor est sospitem me velit & incolumem.

F I N I S.






HENRICI MEIBOMII,
Poëtæ Cæsarii,


CENTONES VIR-
GILIANI:

*Plerique antea seorsim editi, nunc recogniti denuò, &
vno volumine comprehensi.*



HELMÆSTADII.


IN HENRICVM MEIBOMIVM, POETAM CAE-
sarium, & acad. IVLIAE professor.

 *Vi frondente tua cognomen ab arbore genti
Fecit, erat fati conscius ille tui.
Nulla magis Laurofrondet, quæserta Poëtis
Præbet & inuictis unica militibus.*

*Atque hisserta quidem; sed se tibi sola dicauit:
Nam data sunt alijs singula; cuncta tibi.*


*Plectra etenim FLACCI, calamosq; tubamq; MARONIS
PELIGNI que iocos vatis & ingenium,
Et dulces ALBI numeros, artemq; CATVLLI,
Atque VMBRI limam iudiciumq; tenes.*

*Quodque lyrâ limâq; istos calamisq; tubâque,
Ingenio, numeris, arte iocisque refers,*

*Tota tuo merito laurus tibi florida cessit:
Nam tot frons donis haud satis una fuit.*

*Dij faciant te, HENRICE, diu Schola IVLIA vate
Floreat, & lauru gaudeat alma tuâ.*

Henr. Petreus I. V. D. Ducis Brunsvicens.
& Lunæburgens. Consiliarius.


HENRICO MEIBOMIO,
Poëtæ C L.

*Sint Mæcenates, & erunt Henrice Marones:
Et Maro Lippiaci tu potes esse soli.*

Hermannus Neuvvaldus, Med. D.



GENERE ET VIRTUTE
nobilissimis iuuenibus,

CHRISTOPHORO à DIEHRN, in Strei-
telsdorff & Niederherzogwalde :

MELCHIORI NIEBELSCHIEZ, in
Glenitz & Lenden :

IOANNI à DIEHRN, in Sabor &
Kelmichen :

Equitibus Silesijs,

*in illustri Iuliâ studiorum gratia com-
morantibus,*

HOS SVOS CENTONES

dicat, consecrat,

HENRICVS MEIBOMIVS POETA
& Philohistor, Iuliæ academiæ
Professor.



M 2

HEN.



HENRICI MEIBOMII
Poëtæ Cæsarii,

CENTO VIRGILIANVS

DE

*MONOMACHIA DAVIDIS ISRAE-
litæ, & Goliathi Philistæi.*



HELMÆSTADII.

MO-



MONOMACHIA

DAVIDIS ET GOLIATHI.

<i>Aen. 6.</i>	E Gregium formâ iuuenem, quo iustior alter	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Nec pietate fuit, nec bello maior & armis	
<i>Ecl. 8.</i>	Dicite Pierides : duros vt mille labores,	<i>AE. 8.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Ante annos animūq; gerens curamq; virilē,	
<i>Aen. 8.</i>	Pertulerit, fidens animi, atq; in vtrumq; paratus	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Vlcisci patriam : seu certæ occumbere morti.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Gens effrena virūm, tot iam labentibus annis,	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas,	<i>Aen. II</i>
<i>Aen. 6.</i>	Illustres animas antiquæ ab origine gentis,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Geor. 4.</i>	Magnanimosque duces, & lamentabile regnum,	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 4.</i>	(Horrendum dictu) latâ ditione tenebat.	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Et magis atque magis pubem & miserabile vulg ^o ,	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. II</i>	Moënis in patrijs, longâ sic morte necabat.	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Causa mali tanti priscae vestigia fraudis :	<i>Ecl. 4.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Effigies sacrae Diuūm, coelataque in auro	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Numina magna Deūm, simulacraque luce carentū	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Antiquâ ex cedro multos seruata per annos.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Geor. 2.</i>	Non aliâ ob culpâ voluit rex magnus Olympi	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. II</i>	Ingruere infensos hostes, multosque suorum	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 12</i>	Digna indigna pati, & dominis parere superbis.	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 6.</i>	Continuò auditæ voces, vagitus & ingens,	
<i>Aen. 4.</i>	Lamentis, gemituque & foemineo vlulatu	
<i>Aen. 4.</i>	Tecta fremunt : resonant latè plangoribus ædes.	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 5.</i>	Ipsæ iam matres, pueri, innuptæque puellæ	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Suppliciter tristes, & tunsæ pectora palmis	
<i>Aen. 1.</i>	Orantes veniam templum clamore petebant.	
<i>Aen. 4.</i>	Audijt omnipotens, rerū cui summa potestas:	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Solamenque mali claro demittit Olympo.	<i>Aen. 4.</i>

HENRICI MEIBOMII

<i>Aen.</i> 1.	Conueniunt, quibus odium crudele tyranni,	
<i>AEn.</i> 1.	Aut metus acer erat. redit in præcordia virtus.	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 3.	Omnibus idem animo, quoniã data copia pugnae,	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 9.	Et conferre manũ & sceleratã excindere gentẽ.	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 7.	Signaque ferre iuuat sonitusq; audire tubarum.	
<i>Aen.</i> 9.	Nec longũ in medio tempore, cum tẽpore capto	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 9.	Hostis adest, campiq; armis sublimibus ardent.	<i>Aen.</i> 11
<i>Aen.</i> 2.	Primò ibi ante omnes campo sese arduo infert	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 11.	Bellator, magnoque virum se murmure tollit	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 3.	Nec visu facilis, nec dictu affabilis vlli.	
<i>Aen.</i> 6.	Ostenditque humeros latos, alternaque iactat	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 5.	Brachia protendens, & verberat ictibus auras,	
<i>Aen.</i> 4.	Monstrum horrendum, ingens. genus huic mater- na superbum	<i>Aen.</i> 11
<i>AE.</i> 11.	Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.	
<i>Aen.</i> 9.	Is primam ante aciem spe multum captò inani	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 9.	Ibat, & ingenti sese clamore ferebat :	
<i>Aen.</i> 3.	Immemores socij, quæ vos fortuna quietos	<i>Aen.</i> 11
<i>Aen.</i> 11	Sollicitat, suadetque ignota laceffere bella.	
<i>Aen.</i> 11	Quo ferrum, quidũe hac geritis tela irrita dextra?	
<i>Aen.</i> 1	Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?	
<i>Aen.</i> 7.	Bella viri pacemque gerant, queis bella gerenda.	
<i>Aen.</i> 9.	Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis :	
<i>Aen.</i> 9.	Desidiæ cordi : solemnes ducere pompas	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Ad delubra iuuat, coesosque videre iuuenços.	
<i>Aen.</i> 1.	Maturate fugam, regique hæc dicite vestro :	
<i>AE.</i> 9.	Quos ultra muros, & quæ iam moenia habetis?	
<i>Aen.</i> 12	Ventum ad supremum est, totamq; à sedibus urbẽ,	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 12	Ni frenum accipere, & victi parere fatentur,	
<i>Aen.</i> 12	Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam.	
<i>Aen.</i> 6.	Tantum effatus, & in verbo vestigia torsit.	
<i>Aen.</i> 10	Ardet apex capiti, cristisque à vertice flamma	<i>Aen.</i> 10
<i>Aen.</i> 11	Funditur, & vastos vmbro vomit aureus ignes.	<i>Aen.</i> 10
<i>Aen.</i> 9.	Talia iactantem dictis, ac dira canentem	Obstu-

CENTONES VIRGILIANI.

<i>Aen. 5.</i>	Obstupuere animis, nec quisquã ex agmine tanto	
<i>Aen. 5.</i>	Audet adire virum, & stricto concurrere ferro.	<i>AE. 10</i>
<i>Aen. 2.</i>	Diuerso interea miscentur mœnia luctu.	
<i>Aen. 11</i>	Fleunt mœsti, mussantq; patres, & vulgus inermum,	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 12</i>	Inualidique senes, puerique parentibus orbi,	<i>Aen. 11</i>
<i>Aen. 11</i>	Dirum execrantur bellum, nec iam ampli ⁹ armis,	<i>Aen. 3.</i>
<i>AE. 3.</i>	Sed votis precibusque iubent exposcere pacem.	
<i>Aen. 3.</i>	Postera iamq; dies primo surgebat Eoo:	
<i>Aen. 8.</i>	Contemptorque Deum furij accensus, & irã	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 10</i>	Turbidus, ingreditur campo quã magn ⁹ Orion,	
<i>AE. 12.</i>	Excisurum vrbes minitans, & faucibus instat.	
<i>Aen. 7.</i>	At rex sollicit ⁹ , quando ipsũ horrebat adire,	<i>Aen. 11</i>
<i>AE. 1.</i>	Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.	
<i>Aen. 5.</i>	Hinc qui fortẽ velint caput obiectare periclis	<i>Aen. 2.</i>
<i>AEn. 5.</i>	Inuitat precijs animos, & prœmia ponit,	
<i>Aen. 2.</i>	Coniugiumque domumq; argenti auriq; talenta.	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 11</i>	Has inter voces, media inter talia verba,	<i>Aen. 12</i>
<i>AEn. 9.</i>	Ora PVER primã signans intonsa iuuentã,	
<i>Aen. 8.</i>	Haud vatum ignarus venturique inscius æui,	
<i>Aen. 1.</i>	Ausus & afflictis melius confidere rebus,	
<i>Aen. 10.</i>	Regem adit, & regi memorat nomenq; genusque:	
<i>Aen. 10.</i>	Quidũe petat, quidũe ipse ferat discrimine tanto.	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Rex, genus egregium, scis ipse, & scire fateris,	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 10.</i>	Numina nulla premunt, mortali vrgemur ab hoste	
<i>Aen. 9.</i>	Solue metum, feret hæc aliquam tibi fama salutẽ.	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Neu belli terrere minis. timor omnis, & iræ	
<i>Aen. 8.</i>	Concessere Dei: vires animumque ministrat.	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 11</i>	Me sine prima manu tentare pericula belli.	
<i>Aen. 11</i>	Ibo animis contrã, cum primũ crastina cœlo	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 12.</i>	Puniceis inuecta rotis aurora rubebit.	
<i>Aen. 3.</i>	Ne dubita, neue hæc nostris spectentur ab annis,	<i>Aen. 9.</i>
<i>AE. 12</i>	Maior agit Deus, atque opera ad maiora remittit.	
<i>Aen. 1.</i>	Si vacat annales nostrorum audire laborum	
<i>Aen. 5.</i>	Summe pater, quæ sit poteris cognoscere virtus:	<i>Ecl. 4.</i> Et

HENRICI MEIBOMII

<i>Aen. 5.</i>	Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore vires.	
<i>Aen. 8.</i>	Nam memini, medios cum sol accenderat æstus,	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Deuexo fuluum descendere monte leonem,	<i>Aen. 4.</i>
<i>Ecl. 6.</i>	Aut herbâ captum viridi, aut armenta secutum	
<i>Geor. 1.</i>	Balantumque greges. ille asper & improbus irâ	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Gaudet hians immane, comaſque arrexit & hæret:	
<i>Aen. 12.</i>	Congredior, pœnasque inimico à sanguine fumo:	<i>AE. II.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Procubuit moriens, & humû ſemel ore momordit.	
<i>Aen. 8.</i>	Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuenta.	
<i>Aen. 5.</i>	Nunc quoq; mēs eadē perſtat mihi: pelle timores.	
<i>Aen. 9.</i>	Mox hîc cum ſpolijs ingenti cæde peractâ	
<i>Aen. 9.</i>	Affore cernetis: nec me labor iſte grauabit.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Vincit amor patriæ laudumque immenſa cupido.	
<i>Aen. 10.</i>	Hæc ubi dicta dedit folio REX inſit ab alto.	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Quo moriture ruis, maioraque viribus audes?	<i>Aen. 10.</i>
<i>Ecl. 2.</i>	O formoſe puer, non deſenſoribus iſtis	<i>AE. 2.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Tempus eget; ſolum te in tanta pericula mittam?	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Et matri miſeræ tanti ſim cauſſa doloris?	
<i>AE. 5.</i>	Cede Deo: fracti bello fatiſque repulſi	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Supplicia, & ſclerum pœnas expendimus omnes.	
<i>Aen. 12.</i>	Deſine iam tandem. cum durâ prælia gente	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Inuiſtisque viris gerimus: fiducia ceſſit	<i>AE. 10.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Vulnera dirigere, & venientes pellere terrâ.	<i>Aen. 10.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Ille ſub hæc: cauſſas nequicquã nectis inanes:	
<i>AE. 9.</i>	Nec mea iam mutata loco ſententia cedit.	
<i>Aen. 10.</i>	Fata viam inuenient, mihi ius concurrere ſoli.	<i>Aen. 12.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Ecce iterum ſtimulat diuûm pater atq; hominum	
	rex.	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Præcipitate moras: mihi iuſſa capeſſere fas eſt.	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Atque huic reſponſum paucis ita reddidit	
	Heros.	
<i>Aen. 12.</i>	O præſtans animi! quæ te tam læta tulerunt	<i>AE. 1.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Sæcula? qui tanti talem genuere parentes?	
<i>Ecl. 5.</i>	Tu decus omne tuis. ſi quid præſentius audes	<i>AE. 12.</i>
	Perge,	

CENTONES VIRGILIANI.

<i>Aen.</i> 12	Perge, decet. forsan miseros meliora sequentur.	
<i>Aen.</i> 2.	Quo res cunq; cadent, vnum & commune periclū	
<i>Aen.</i> 2.	Vna salus ambobus erit. timor omnis abesto.	<i>Ae.</i> 11
<i>Aen.</i> 3.	Iungemus dextras, ducis & tu concipe curam.	<i>Aen.</i> 11
<i>Aen.</i> 6.	I decus, i nostrum, melioribus vttere fatis:	
<i>Aen.</i> 11	Aude atq; aduersum fidens fer pectus in hostem.	
<i>Aen.</i> 2.	Et monstrum infelix, genus insuperabile bello,	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 11	Pronum sterne solo, portisque effunde sub altis.	
<i>Aen.</i> 9.	Spondeo digna tuis ingentibus omnia ccptis.	
<i>Aen.</i> 11.	Tertia lux gelidam cœlo dimouerat vmbam:	
<i>Aen.</i> 2.	Exoritur clamorque virūm clangorq; tubarum.	
<i>Aen.</i> 8.	Ecce furens animis muris iterum imminet hostis	<i>Aen.</i> 10
<i>Ecl.</i> 1.	Barbarus, atque ingens mediâ consistit arenâ:	<i>Aen.</i> 5.
<i>AE.</i> 10	Irritatque viros telis, & voce laceffit.	
<i>Aen.</i> 9.	Agnouit iuuenis gradientē & dira frementē.	<i>Aen.</i> 10.
<i>Aen.</i> 12	Suspiciens cœlum & superos sic voce profatur:	<i>Aen.</i> 11
<i>Aen.</i> 10	Omnipotens genitor, magni regnator Olympi,	<i>Aen.</i> 10.
<i>AE.</i> 10.	Namq; aliud quid sit q̄ iam implorare queamus,	
<i>Aen.</i> 12	Respice res bello varias: miserere tuorum.	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 4.	Ecce iterum scelere ante alios immanior omnes	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 9.	Hostis adest, cunctosque putans excedere pugnâ	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 3.	Clamorem immensum tollit: iubet ocysus omnes	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 10	Iussa aliena pati, & portas præbere patentés.	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 10	Non vlli est animus stricto concurrere ferro.	<i>Aen.</i> 10.
<i>Aen.</i> 11	Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis:	
<i>Aen.</i> 1	Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta.	
<i>Aen.</i> 10	Victoremq; ferant omnes, populusq; patresque.	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 7.	At iuueni otanti fatis ingressus iniquis	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 7	Contemptor Diuūm infestâ subit obuius hastâ:	<i>Aen.</i> 10
<i>Aen.</i> 4.	Huc illuc voluens oculos, totumque pererrat	
<i>Aen.</i> 4.	Luminibus tacitis, verbisque hæc insuper addit:	<i>AE.</i> 11.
<i>Ecl.</i> 6.	Heu miserande puer, rerumque oblite tuarum,	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 5.	Quis furor iste nouus? quæ te fortuna fatigat	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 4.	Infelix? quæ tanta animum dementia cœpit?	<i>Aen.</i> 5.

N

Non

HENRICI MEIBOMII

<i>Aen. 6.</i>	Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit.	
<i>Aen. 11.</i>	Nunquam animam talem dextrâ hac, quæ maxi- ma semper	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Amittes. habitet tecum & sit pectore in isto.	
<i>Aen. 9.</i>	Cætera parce puer bello monitisque sinistris.	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 7.</i>	Hic iuuenis primam ante aciem implacabilis ardet.	<i>Aen. 12</i>
<i>AEn. 9.</i>	Cum sic effatur: non me tua feruida terrent	<i>AE. 12.</i>
<i>Aen. 12.</i>	Dicta ferox: nostro dirimatur sanguine bellum.	
<i>Aen. 11.</i>	Huc periture veni: nunc belli finis & æui	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 10.</i>	His dabitur terris: funus crudele videbis.	<i>Aen. 11</i>
<i>Aen. 7.</i>	Te super ætherias errare licentiùs auras	
<i>Aen. 7.</i>	Iaud pater ille velit, rerum cui summa potestas.	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 10.</i>	Ille autem impavidus partes cunctatur in omnes	<i>AE. 12.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Dentibus infrendens: totoque ardentis ab ore	
<i>Aen. 12.</i>	Scintillæ absistunt: oculis micat acribus ignis.	
<i>Aen. 7.</i>	Tum quassans caput hæc effudit pectore dicta:	
<i>Ecl. 3.</i>	Quid domini facient, audent cum talia fures?	
<i>Ecl. 3.</i>	Quin age, si quid habes; si tantum pectore robur	<i>Aen. 11</i>
<i>Aen. 11.</i>	Concipis, & si adeò dotalis regia cordi est,	
<i>Aen. 11.</i>	Aut si fama mouet, possit quid viuuda virtus	<i>Aen. 11.</i>
<i>AE. 11.</i>	Experire licet. nil me fatalia terrent:	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Nec mortem horremus, nec diuûm parcimus vlli.	
<i>Aen. 12.</i>	Hæc vbi dicta dedit, validâ vi corripit hastam,	<i>Ae. 12.</i>
<i>Aen. 12.</i>	Præcipitatq; moras omnes, quassatq; trementem	<i>AE. 12,</i>
<i>Aen. 12.</i>	Lætitiâ exultans, horrendumque intonat armis.	<i>AE. 12.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Tum verò exarsit iuueni dolor ossibus ingens.	
<i>Aen. 11.</i>	Dat gemitum, rumpitque has imo pectore voces:	
<i>Aen. 12.</i>	Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid	
<i>AE. 12.</i>	Siue animis, siue arte vales. dabis improbe pœnas.	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Alitibus linquere feris: non te optima mater	<i>AE. 10.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Condet humi, patrioue onerabit membra sepul-	
<i>Geor. 1.</i>	Obscœniq; canes, importunæq; volucres (cro.	<i>Diri-</i>

CENTONES VIRGILIANI.

<i>Aen.</i> 4.	Diripient faciem inuisam atq; immania membra	<i>Aen.</i> 9.
<i>AE.</i> 8.	Semihominis. fatus medium procedit in æquor.	<i>Aen.</i> 10
<i>AE.</i> 12.	Discessere omnes medijs spaciumque dedere.	
<i>Aen.</i> 9.	Inde ter adductâ circum caput egit habenâ	
<i>AE.</i> 9.	Stridentem fundam, & gemina inter tempora frontem	<i>Aen.</i> 9.
<i>AE.</i> 12.	Disijcit, & sparso latè rigat arua cruore.	
<i>Aen.</i> 9.	Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus.	
<i>Aen.</i> 5.	Hic IVVENIS iam victor ouans lapsumq; superstans	<i>Aen.</i> 10
<i>Aen.</i> 1.	Talia voce refert: nostrasne euadere demens	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 9.	Sperasti te posse manus? hæc præmia, qui me	<i>AE.</i> 12.
<i>AE.</i> 12.	Ferro ausi tentare, ferunt: sic mœnia condunt.	<i>AE.</i> 12.
<i>AE.</i> 12.	Hoc dicens, ferrum aduerso sub pectore condit	
<i>AE.</i> 12.	Feruidus, ast illi soluuntur frigore membra,	<i>AE.</i> 12.
<i>Aen.</i> 11.	Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras.	<i>AE.</i> 12.





HENRICI MEIBOMII,
Poëtæ Cæsarii,

CENTO VIRGILIANVS

DE

*Ministerio & decollatione JOANNIS BA-
PTISTÆ, præcursoris Domini.*



HELMÆSTADII.



Ministerium & Decollatio

IOANNIS BAPTISTAE.

<i>Aen. 1.</i>	I n signem pietate virum, quem regia coniunx	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Contemptorque Deum furij accensus & irâ	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 2.</i>	Demisere neci, citharâ fidibusque canoris	<i>Aen. 6.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Hinc canere incipiam: longa est iniuria, longæ	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Ambages, sed summa sequar fastigia rerum.	
<i>Geor. 2.</i>	Tuq; ades inceptumq; vnâ decurre laborem	
<i>Geor. 2.</i>	Mæcenas famæ meritò pars maxima nostræ,	<i>Geor. 2.</i>
<i>Aen. 11</i>	Et prædulce decus, cui nunc cognomen I V L O.	<i>Aen. 1.</i>
<i>Ecl. 6.</i>	Non iniussa cano. si quis tamen hæc quoq; si quis	
<i>Ecl. 6.</i>	Captus amore leget, crescentem ornate Poëtam	<i>Ecl. 7.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Donaq; ferte viro, & viridanti tempora lauro	<i>Aen. 5.</i>
<i>Ecl. 7.</i>	Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.	
<i>Aen. 3.</i>	Postquâ res Italas Romanorumq; triumphos,	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Missus in imperium Troianus origine Cæsar	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Iam senior, longâ placidos in pace regebat:	
<i>Aen. 4.</i>	Vrbem præclaram veterum penetralia regum,	<i>Aen. 2.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Eoasq; domos, multis cum millibus H E R O S	<i>Aen. 5.</i>
	Succinctus trabea victor ditione tenebat. (ætas	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Continuò V A T E S , omnis quem credidit	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Semine ab ætherio, & genº alto à sanguine Diuû,	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Incipit effari vatam prædicta priorum.	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Castigatq; auditq; dolos, populosq; propinquos	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 10</i>	Edocet, humanis quæ sit fiducia rebus.	
<i>Aen. 8.</i>	Tartareas etiam sedes præsensque minatur	<i>AE. 12</i>
<i>Aen. 12</i>	Exitium, veterum voluens monumenta virorum.	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 10</i>	Nunc prece, nunc dictis virtutè accendit amaris.	
<i>AEen. 5.</i>	Haud mora, cõtinuò magnas it fama per vrbes	<i>Aen. 3.</i>
		Fama



HENRICI MEIBOMII

<i>Aen.</i> 4.	Famā malum, quo non aliud velocius vllum.	
<i>Aen.</i> 4.	Parua metu primo mox sese attollit in auras	
<i>Geor.</i> 3.	Inque dies auidum surgens caput altiùs effert.	
<i>AE.</i> 7.	Odit & ipse pater Pluton, odere sorores	
<i>Aen.</i> 7.	Tartareæ monstrum tot sese vertit in ora.	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 4.	Hæc tū multiplici populos sermone replebat	
<i>Aen.</i> 7.	Aduenisse virum & fluuiali spargere lympha	<i>Aen.</i> 4.
<i>AE.</i> 1.	Omnibus exhaustos iam casibus omnium egenos.	
<i>Aen.</i> 2.	Criminibus terrere nouis & spargere voces	
<i>Aen.</i> 2.	In vulgum ambiguas : quem si fortuna sequatur	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 2.	Exitium magnum cœcosq; instare tumultus.	<i>Geor.</i> 1.
<i>Aen.</i> 4.	Hæc Dea foeda virum passim diffundit in ora.	
<i>Aen.</i> 1.	Extemplo turbati animi mœstusq; per omnes	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 9.	It gemitus, torpent: mens omnibus vna sequendi.	<i>AE.</i> 10.
<i>Aen.</i> 6.	Nec vidisse semel fatis est iuuat vsq; morari,	
<i>Aen.</i> 2.	Compellare virum & veniendi poscere causas.	
<i>Geor.</i> 3.	His animaduersis V A T E S vi deniq; multâ	<i>Geor.</i> 4.
<i>Ecl.</i> 8.	Propter aquæ riuum, magnâ stipante cateruâ,	<i>Aen.</i> 4.
<i>Geor.</i> 3.	Asper acerba sonans sic fatis ora resoluit.	<i>Geor.</i> 4.
<i>AE.</i> 3.	Audite ô proceres, audite ô mentibus æquis	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 6.	Matres atque viri, pueri innuptæque puellæ :	
<i>Aen.</i> 5.	Imperio Iouis huc venio, qui numine torquet	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 4.	Regnator coelum ac terras noctemq; profundam.	
<i>Aen.</i> 1.	Tantane vos generis tenuit fiducia vestri	
<i>Aen.</i> 4.	Regnorum immemores, turpiq; cupidine captos?	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 4.	Nã qd dissimulo? aut quæ me ad maiora referuo?	
<i>AE.</i> 11.	Ante oculos, interq; manus sunt singula vestras.	
<i>AE.</i> 12.	Vna superstitio, superis quæ reddita Diuis	
<i>Aen.</i> 2.	Has euertit opes : morem ritusque sacrorum	<i>AE.</i> 12.
<i>AE.</i> 10.	Sustulit ista prior. paullatim decolor ætas,	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 8.	Et belli rabies, & amor successit habendi.	
<i>Aen.</i> 7.	Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas.	
<i>Aen.</i> 6.	Discite iustitiam moniti : via prima salutis	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 8.	Viribus indubitare suis. nihil omnibus actum	<i>AE.</i> 11.
		Tanto-

CENTONES VIRGILIANI.

<i>AE.</i> 11.	Tantum impensis operum: mactare iuuenos	<i>Aen.</i> 6.
<i>Ecl.</i> 3.	Quid prodest? Diuum effigies & templa tueri	<i>Aen.</i> 7.
<i>Geor.</i> 1.	Relligio vetuit: tenebras & inertia furta	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 5.	Depulit, & coelo tandem miseratus ab alto est	
<i>AE.</i> 10.	Omnipotens genitor. tot iam labentibus annis,	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 5.	Expectata dies, animo gratissima nostro,	<i>AE.</i> 12.
<i>Aen.</i> 8.	Extulit os sacrum, clarâque in luce refulsit	<i>Aen.</i> 1.
<i>Ecl.</i> 4.	Cara Dei soboles spes & solatia nostri,	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 3.	Solamenq; mali rebus quod restat egenis.	<i>Aen.</i> 10.
<i>Aen.</i> 12.	Vimq; Deum infernam & duri sacraria Ditis	
<i>Aen.</i> 1.	Contundet, moresque viris & praemia ponet,	
<i>Ecl.</i> 4.	Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem.	
<i>Ecl.</i> 3.	Ergo agite, & pro caede boum stratisq; iuuenos	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 11.	illum obtestemur coeli cui sidera parent	
<i>Aen.</i> 1.	Suppliciter tristes, veniamq; oremus ab ipso.	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 2.	Talia perstabat memorans fixusque manebat.	
<i>Aen.</i> 8.	Sol mediū interea conscenderat igne orbem	
<i>AE.</i> 8.	Iamque SACERDOTES (sic illos nomine dicunt)	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 8.	Progressi subeunt luco fluuioque propinquant.	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 3.	Quos ubi confertos audere in praelia vidit,	
<i>Aen.</i> 6.	Sic prior aggreditur dictis atq; increpat ultro.	
<i>Geor.</i> 2.	Ferrea progenies rebus sublata secundis,	
<i>Aen.</i> 2.	Quid furis aut quonam nostri tibi cura recessit.	
<i>Geor.</i> 1.	Ipse Pater coelum & terras qui numine torquet,	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 4.	Ipse haec ferre iubet celeres mandata per auras	
<i>Aen.</i> 7.	Vipereo generi & grauiter spirantibus hydris.	
<i>Aen.</i> 3.	Pestis & ira Deum non vlli obnoxia curæ	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 4.	Quid struis aut qua spe solemnes ducere pompas	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Ad delubra iuuat caesosque videre iuuenos,	
<i>Geor.</i> 1.	Degenerare tamen iterumque ad tarda reuertî	<i>Aen.</i> 6.
<i>AE.</i> 12.	Define iam tandem & susceptum perfice munus:	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 2.	Intemerata fides & mens sibi conscia recti	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 12.	Hoc habet, hæc melior magnis data victima Diuis.	
		Quæ

HENRICI MEIBOMII

<i>Aen. 3.</i>	Quæ postquam VATES sic ore effatus ami- co est,	
<i>AE. 10.</i>	Expertos belli iuuenes matresque virosque	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Conuentus trahit in medios, veniamque rogantes	<i>Aen. 11</i>
<i>Aen. 6.</i>	Spargens rore leui verbis compellat amicis.	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Protinus ad Regem volitans pennata per urbem	<i>Aen. 9.</i>
<i>AE. 9.</i>	Nuncia Fama ruit viresque acquirit eundo:	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Isque amens animi, & rumore accensus amaro,	
<i>Aen. 4.</i>	It portis iubare exorto causasque requirit	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Omnia collustrans: quæ sint ea flumina porrò:	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Quiuè viri tanto compleverint agmine ripas.	
<i>AE. 11.</i>	Ut vidit fulgentem armis ac vana tumentem	
<i>Aen. 6.</i>	Conclamat VATES intentis omnibus unus:	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Quisquis es armatus qui nostra ad flumina tendis	
<i>Aen. 6.</i>	Fare age quid venias: quæ te fortuna fatigat	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Infelix? quæ tanta animum dementia cepit?	
<i>Aen. 9.</i>	Non infelicis patriæ miseretque pudetque?	
<i>Aen. 4.</i>	Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis?	
<i>Aen. 7.</i>	Respice ad hæc adsum, nunc & loue missus ab alto	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Interpres Diuum, scis ipse & scire fateris,	<i>AE. 12.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Nulli fas casto sacrata resolvere iura.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Hic crudelis amor, de te nil tale verebar.	<i>Aen. 9.</i>
<i>AE. 12.</i>	Deformare domum, gremijsque abducere pactas	<i>AE. 10.</i>
<i>Geor. 2.</i>	Relligio vetuit: fratrem ne desere frater:	<i>AE. 10.</i>
<i>AE. 11.</i>	Coniugis infandæ thalamis neu crede paratis.	<i>Aen. 7.</i>
<i>AE. 3.</i>	Parce pias scelerare manus, absiste morari:	<i>AE. 12.</i>
<i>AE. 12.</i>	In te oculos referunt: culpam compesce priusquam	<i>Geor. 3.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Dira per incautum serpent contagia vulgus.	
<i>Aen. 3.</i>	Hæc sunt quæ nostram liceat te voce moneri	
<i>Aen. 7.</i>	Contemptor Diuum, rerumque oblite tuarum:	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Aspice nos tantum, precibusque inflectere nostris.	<i>AE. 12.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Atque huic responsum paucis ita reddidit	
	HEROS:	<i>Aen. 6.</i>
<i>Geor. 4.</i>	Nam quis te iuuenum confidentissime nostras	<i>Geor. 4.</i>
	Iussit	

CENTONES VIRGILIANI.

<i>Geor.</i> 4.	Iussit adire domos, mœstasq; expromere voces?	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 1.	Quid tantum infano iuuat indulgere labori?	<i>Aen.</i> 1.
<i>AE.</i> 10.	Quò moriture ruis, maioraq; viribus audes?	<i>Aen.</i> 10.
<i>Aen.</i> 4.	Nec venit in mentem quorum confederis aruis?	<i>Aen.</i> 4.
<i>AE.</i> 7.	Cura tibi Diuùm effigies & templa tueri.	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 4.	Desine meque tuis incendere teque querelis.	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 6.	Tantum effatus & in verbo vestigia torfit	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 4.	Attonitus tanto monitu imperioque Deorum.	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 6.	His demum exactis manet imperterritus ille	<i>Aen.</i> 10.
<i>Aen.</i> 6.	Noctes atque dies, meritisque indicit honores:	<i>AE.</i> 3.
<i>Aen.</i> 3.	Victum infelicem baccas, lapidosaque corna	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 3.	Dant rami, & vulsis pascunt radicibus herbæ.	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 7.	At REX sollicitus medio in flagrante tu- multu,	<i>AE.</i> 11.
<i>Aen.</i> 2.	Infonem infando indicio (miserabile visu)	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 2.	Duci intra muros hortatur & arce locari:	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 2.	Affensere omnes certantque illudere capto.	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 6.	HEI pietas! he! prisca fides! vnus ob iram	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Insignem pietate virum tot adire labores!	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 3.	Interea magnum Sol circumuoluitur orbem:	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 9.	Iamq; dies promissa aderat, quæ maxima semper	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 6.	Regifico luxu superas veniebat ad auras:	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 11.	Ergo concilium magnum, primosque suorum	<i>Aen.</i> 8.
<i>AE.</i> 11.	Imperio accitos alta intra limina cogit:	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 11.	Tot lecti proceres & adhuc intacta iuuentus	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 9.	Vndique conueniunt, licito sermone fruuntur:	<i>AE.</i> 8.
<i>Aen.</i> 3.	Illos porticibus REX accipiebat in amplis,	<i>Aen.</i> 5.
<i>AE.</i> 12.	Vtque dato signo spacia in sua quisque recessit,	<i>Aen.</i> 12.
<i>Aen.</i> 1.	Dant famuli manibus lymphas, onerantque canistris	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 8.	Dona laboratæ Cereris, pinguisque ferinæ	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 8.	Viscera tosta ferunt, tunc facta silentia linguis.	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 5.	Nec mora continuo solio rex insit ab alto:	<i>Aen.</i> 11.
<i>AE.</i> 1.	I V P P I T E R, hospitibus nam te dare iura lo- quuntur,	<i>Aen.</i> 1.
	O	Adsis

HENRICI MEIBOMII

<i>AE. 8.</i>	Adsis ô tandem, & propius tua numina firmes :	<i>Aen. 8.</i>
<i>AE. 8.</i>	Interea sacra hæc, quando huc venistis amici,	<i>Aen. 8.</i>
<i>AE. 8.</i>	Annua, quæ differre nefas, celebratæ fauentes.	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Hos inter motus, atq; hæc certamina tanta,	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Sola domum & tantas seruabat <i>FILIA</i> sedes,	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Iam matura viro, iam plenis nubilis annis :	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Tandem progreditur magnâ comitante cateruâ,	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Instauratq; choros rapido pulcerrima nisu,	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 2.</i>	<i>Æ</i> dibus in medijs, pariterq; ante ora parentum.	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Olli subridens folio <i>R E X</i> infit ab alto :	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 1.</i>	O quam te memorem virgo pro talibus ausis ?	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Per caput hoc iuro, per quod pater antè solebat,	<i>Aen. 9.</i>
<i>AE. 9.</i>	Quæ tibi polliceor tantarum in munere laudum,	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Hæc eadem matriq; tuæ generiq; manebunt.	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Illa dolos dirumq; nefas in pectore versat,	<i>Aen. 4.</i>
<i>AE. 10.</i>	Talibus & dictis it contra dicta Tyranni.	<i>Aen. 10.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Rex genus egregium, quæ te tam læta tulerunt	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Sæcula ? qui tanti talem genuere parentes ?	<i>Aen. 1.</i>
<i>AEn. 1.</i>	Semper honos nomenq; tuû laudesq; manebunt.	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Tu modò promissis maneat quæ maxima semper :	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Vnum etiam donis istis, vnum optime regum	<i>Aen. 11.</i>
<i>AE. 11.</i>	Adijcias, nec te vllius violentia vincat	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Cunctantem, <i>V A T I S</i> caput à ceruice reuulsum	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Des pater, & pacem hanc æterno foedere iungas.	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 12.</i>	Obstupuit variâ confusus imagine rerum	<i>AE. 12.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Sermonum memor, & promissi muneris <i>HEROs</i> .	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Tandem pauca refert: si fert ita corde voluntas	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Idq; placet tantumq; bonis communibus obsto,	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Morte luat meritâ, nec me sententia vertit. (tur,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Hic iuuenis, quâquâ in mediâ iam morte tene-	<i>AE. 2.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Non tamen abstinuit, nec voci iræque pepercit,	<i>AE. 2.</i>
<i>AE. 12.</i>	Hoc erat hoc votis, inquit, quod sæpe petiui,	<i>AE. 12.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Hæc mea magna fides, expectatiq; triumphi,	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Discedam, explebo numerum: sic itur ad astra.	<i>Aen. 9.</i>
		Nate

CENTONES VIRGILIANI.

<i>Aen. 1.</i>	Nate patris, tuq; ô genitor, cum flamine sancto,	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Accipite hanc animam, meque his exoluite curis	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Præsentis terræ, non vitæ gaudia quæro;	<i>Aen. 11</i>
<i>Aen. 4.</i>	Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregi:	<i>Aen. 4.</i>
<i>AE. 11.</i>	Hic amor, hoc studium, per tot discrimina rerum,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Geor. 4.</i>	Syderis innumerum atque alto succedere cælo.	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Hæc loquitur, iuguloq; haud insciò accipit ensẽ,	<i>Aen. 10.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Purpureus veluti cùm flos succisus aratro,	<i>Aen. 9.</i>
<i>Ae. 11</i>	Cui neq; fulgor adhuc, nec dũ sua forma recessit,	<i>Aen. 11</i>
<i>Aen. 9.</i>	Languescit moriens. iacet ingens littore truncus	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Auulsumq; humeris caput & sine nomine corpus.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Salve vera IOVIS proles, sanctissime VATES	<i>Aen. 6.</i>
<i>AE. 11.</i>	AEternumque vale: stellantis regia cœli,	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Hæc domus, hæc patria est, meritis vacat hic tibi	
	(solus	<i>Aen. 11</i>
<i>Aen. 11</i>	Fortunæque locus, requies ea certa laborum.	<i>Aen. 8.</i>

F I N I S.



IMPERATORVM
AC
CÆSARVM RO-
MANORVM EX FAMI-
LIA AVSTRIACA ORIVN-
DORVM

Descriptiones breues & succinctæ

Virgiliano carmine contextæ:

Auctore

HENRICO MEIBOMIO

Poëtâ Cæsario.



HELMÆSTADII.



EΙΔΥΛΛΙΟΝ VERGILIANVM

DE

HENRICO MEIBOMIO

Lemgouienſi.

Geo. 2.	F	Xijt ad cœlum ramis felicibus ARBOS	Geo. 2.
Geo. 1.		VERE nouo, ſeris factura nepotibus (Umbram,	Geo. 2.
Geo. 2.		IVLIA quâ SAXO incolitur fundata (vetuſto.	Æn. 8.
Geo. 2.		Ipsa ingens Arbos, animo gratiſſima noſtro,	Æ. 12.
Geo. 1.		Cùm nix alta iacet, glaciem cùm flumina trudent,	Geo. 1.
Æn. 4.		Huc illuc gemmas, & frondes explicat omnes:	Geo. 2.
Geo. 3.		Inque dies auidum ſurgens caput altius effert.	Geo. 3.
Æn. 3.		O felix vna ante alias, cui talia curæ!	Geo. 4.
Ecl. 6.		Te nemus omne canet. ab ne te frigora lædant	Ecl. 10.
Geo. 4.		Seruantem ripas, rapidiue potentia ſolis.	Geo. 1.
Æn. 1.		Ni fruſtra augurium vani docuere parentes,	Æn. 1.
Æn. 10.		Populeas inter frondes lucoſq; ſonantes,	Ecl. 10.
Ecl. 5.		Semper bonos nomenq; tuum laudeſq; manebunt.	Æn. 1.

Prudentius Talæus
Lemouix.





INVICTISSIMO, POTENTISSIMO-
 que Principi, ac Domino,
 Domino

R V D O L P H O

Eius nominis secundo,

Romanorum Imperatori, semper Augusto,
 ac Germaniæ, Hungariæ, Bohe-
 miæ &c. Regi,

*Archiduci Austria, Duci Burgundia, Brabantia &c.
 Comiti Tirolis &c.*

Domino suo clementissimo.
 S. D.

<i>Aen. 9.</i>	D	lis genite, & geniture Deos, Rex opti-	
		(me regum,	<i>AE. II.</i>
<i>AE. II.</i>		Quem primi colimus citharâ fidibusq;	
		(canoris	<i>Aen. 6.</i>
<i>Geor. 4.</i>		Inter sacra Deum, meritosq; nouamus honores.	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 1.</i>		Ad te confugio, & supplex tua numina posco,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Geor. 1.</i>		Ni refugis, tenuesque piget cognoscere curas.	<i>Geor. 1.</i>
<i>Aen. 7.</i>		Respice ad hæc manuum tibi quæ monumenta	
		(mearum	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 6.</i>		Largior. Hic quæ sit poteris cognoscere virtus,	<i>Ecl. 4.</i>
<i>Geor. 4.</i>		Magnanimosq; Duces antiquæ ab origine gentis,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 5.</i>		Vnde genus ducis Tyrio conspectus in ostro,	<i>Geor. 3.</i>
			<i>Fata.</i>

<i>Aen.</i> 6.	Fataque, fortunaſq; virũm, moreſque manuſq;	<i>Aen.</i> 6.
<i>Ecl.</i> 2.	Inuenies. ſunt hĩc etiam ſua præmia laudi:	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 4.	Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti.	
<i>AE.</i> 12.	Immortalis ego, ſi quã forſ adiuuat auſum,	<i>AE.</i> 10.
<i>Ecl.</i> 8.	Experiar ſenſus, Romanorumque triumphoſ	<i>Aen.</i> 8.
<i>Ecl.</i> 8.	Aggrediar. tentanda via eſt, quã me quoq; poſſim	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Tollere humo, victorq; virũm volitare per ora.	
<i>Ecl.</i> 10.	Teque adeo decus hoc æui, te maxime Cæſar,	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 11.	Dicam equidem ſanctos auſus recludere fontes.	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 11.	Hic amor, hoc ſtudium, iuuat indulgere labori.	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 9.	At tu magne pater, ſpes & ſolatia noſtri,	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 2.	Da deinde auxilium, & propius reſ adſpice no-	
	(ſtraſ.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 9.	Hanc ſine me ſpem ferre tui, nec veſtra feretur	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 7.	Fama leuiſ, tantiq; aboleſcet gratia facti.	
<i>Aen.</i> 4.	Dum memor ipſe mei, dum ſpirituſ hoſ reget	
	(artuſ,	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 8.	Semper honore meo, ſemper celebrabere doniſ.	<i>Aen.</i> 8.

S. Cæſ. M. V.

ſubiectiſſimuſ

Henricuſ Meibomiuſ,
academia I V L I Æ
profefſor.

AD



AD INVICTISSIMOS FAMILIAE
Austriacæ Cæsares Augustos.

<i>Aen. 6.</i>	M	Agnanimi Heroës nati melioribus	
		(annis,	<i>Aen. 6.</i>
<i>AE. 8.</i>		Flos veterum virtusq; virum, quos æ-	
		(quos amavit	<i>AE. 6.</i>
<i>Aen. 6.</i>		Iupiter, atq; ardens euexit ad æthera virtus:	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 6.</i>		Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 1.</i>		Fortia facta patrum, magnū & memorabile nomē	<i>Aen. 4.</i>
<i>Geor. 4.</i>		Pandere, quoq; modo Diuūm pater atq; hominū	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 6.</i>		Illustres animas, genus intractabile bello, (rex	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 4.</i>		Extulerit, tardis ingens vbi flexibus errat	<i>Geor. 3.</i>
<i>Aen. 2.</i>		Inter opima virūm fluuio Tiberinus amœno.	<i>Aen. 7.</i>
<i>Geor. 2.</i>		Non ego cuncta meis amplecti versibus opto:	<i>Geor. 2.</i>
<i>AE. 9.</i>		Nec mihi fas, sed summa sequar fastigia rerum.	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 1.</i>		Bellaque iam famæ totum vulgata per orbem	<i>Aen. 1.</i>
<i>Geor. 4.</i>		Prætereo, atq; alijs post me memorāda relinquo.	<i>Geor. 4.</i>

Henricus Meibomius.

RVDOLPHVS HABSBVRGIVS,
ALBERTI COMITIS F. ROMAN.
IMPERATOR.

<i>Geor. 2.</i>	O	decus, ò famæ meritò pars maxima nostræ	<i>Geor. 2.</i>
<i>AE. 12.</i>		Cui genus à proavis ingens, magnumq;	
		(paternæ	<i>Aen. 12.</i>
<i>Aen. 12</i>		Nomē erat virtutis, & ipse acerrimus ar-	<i>Aen. 12</i>
<i>Ecl. 8.</i>		A te principium tantarū in munere laudū. (mis.	<i>AE. 8.</i>
<i>Ecl. 5.</i>		Tu decus omne tuis, monitu imperioq; Deorum	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 6.</i>		Missus in Imperium magnum sedesq; paratas,	<i>Aen. 1.</i>

Et

<i>Aen. 11.</i>	Et primus sceptris. liceat tua dicere facta,	<i>Ecl. 8.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Donaque ferre viro, nec me labor iste grauabit.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Felix prole virum, virtutem extendere factis	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Ausus, & angustis hunc addere rebus honorem.	<i>Geor. 3.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Quid memorē densos acie atq; horrentibus hastis	<i>Aen. 10.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Aetneos fratres, quos dat tua dextera letho?	<i>Aen. 11.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Quinetiam Regem regisque insigne gerentem,	<i>Aen. 12.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Hostē magnanimū, gradientē & dirā frumentem	<i>Aen. 10.</i>
<i>AE. 12.</i>	Virtute exsuperas: iacet ingens litore truncus	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Auullumq; humeris caput, & sine nomine corpus.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Tantæ molis erat primos attollere fascēs,	<i>Aen. 7.</i>
<i>AE. 11.</i>	Et sellam regni trabeamq; insignia nostri.	

ALBERTVS PRIMVS, ROMANORVM IMPERATOR.

<i>Aen. 5.</i>	P roximus ingreditur, nudo cui vertice nuda	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Caesaries, nudiq; humeri, nec vulnera terrēt.	
<i>Geor. 4.</i>	Ille operū custos, dum fata Deusq; sinebant,	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Iura dabat legesq; viris: scit triste Mineruæ	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Sydus & Euboicæ cautes, Rhenuſq; bicornis,	<i>Aen. 8.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Turbidus & torquens flauentes Ister arenas.	
<i>Aen. 10.</i>	Nescia mens hominum fati sortisq; futuræ!	
<i>Aen. 7.</i>	Iam senior longâ placidas in pace regebat	
<i>Aen. 3.</i>	Cognatas vrbes olim, populosq; propinquos,	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Canicemq; sibi & longos promiserat annos.	<i>Aen. 10.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Ium Consanguine, crimenq; caputq; malorum,	<i>Aen. 12.</i>
<i>AE. 10.</i>	Pulsus ob inuidiam solio sceptrisque paternis,	
<i>Aen. 3.</i>	Fas omne abrumpit; regem regumq; parentem	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Excipit incautum, & patrias obtruncat ad aras.	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Egregiam verò laudem & spolia ampla refertis	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Immemores socij nil magnæ laudis egent es:	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Tuq; prior, scelere ante alios immanior omnes,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Contēptorq; Deūm: si quid pia numina possunt	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Per varios casus, per mille sequentia tela,	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Iam pridē inuisus superis, dabis improbe pœnas.	<i>Aen. 4.</i>

P

FRIDE-

FRIDERICVS PVLGER, ALBERTI F.
ROMANORVM IMPERATOR.

<i>Aen. 6.</i>	I lle, vides, purâ iuuenis qui nititur hastâ	
<i>Aen. 9.</i>		Insignis facie quondam, dum vita manebat:
<i>Aen. 2.</i>	H ei mihi qualis erat, quantum, quantum instar	
	in ipso!	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Fortuna omnipotens, & inexorable fatum,	<i>Geor. 2.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Imperijs egere suis tot adire labores,	<i>Aen. 1.</i>
<i>AE. 10.</i>	Iussa aliena pati, & dominis parere superbis.	<i>AE. 12.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Causa mali tanti sceptrumq; sacerque tiaras.	<i>Aen. 7.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Invidia infelix laudumque immensa cupido.	<i>Aen. 6.</i>
<i>AE. 12.</i>	Ille quidem magnorû haud vnquã indigno auorû,	<i>AE. 12.</i>
<i>AE. 11.</i>	Tristis vbi infausto committitur omine pugna,	
<i>AE. 12.</i>	Multa virûm volitans dat fortia corpora leto.	
<i>Aen. 4.</i>	Fata obstant; quacunque viam virtute petiuit,	<i>AE. 12.</i>
<i>AE. 12.</i>	Successum Dea dira negat: semel agmine verso,	<i>Aen. 1.</i>
<i>AE. 12.</i>	Nequicquam trepidat, nequicquã cingitur armis.	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Quisque suos patimur manes! sic fata Deûm rex	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Sortitur voluitque vices, is vertitur ordo.	
<i>Aen. 2.</i>	Heu nihil inuitis fas quemquam fidere Diuis!	

ALBERTVS SECVNDVS ROMANO-
RVM IMPERATOR.

<i>Aen. 5.</i>	P roximus hic, longo sed proximò interuallo,	
<i>Aen. 9.</i>		Emicat, & ventis & fulminis ocyoralis,
<i>AE. 11.</i>	E gregiusq; animi fortunatusque laborum,	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Iam pridem refides populos, desuetaq; bello	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Agmina in arma vocat subito, ferrumq; retractat,	
<i>Aen. 5.</i>	Indicitq; forum & patribus dat iura vocatis.	
<i>AE. 10.</i>	Gens illi triplex, & bello lecta iuuentus:	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Omnibus idem animus tentare pericula belli,	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Et conferre manum, sonitusq; audire tubarum.	<i>Aen. 7.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Quid labor, aut benefacta iuuat? fortissimò Heros,	<i>Aen. 6.</i>
	Multa	

<i>AE. 3.</i>	Multa mouens animo famæ venientis amore	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 12.</i>	Occidit infelix, rerumque reliquit habenas.	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum.	
<i>Ecl. 5.</i>	Exstinctum nymphæ, studium quibus arua tueri,	<i>Geor. 1.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Flebant, ac cineri ingrato suprema ferebant:	
<i>Ecl. 10.</i>	Illum etiam lauri, etiam fleuere myricæ.	

FRIDERICVS III. ERNESTI F. RO-
MANORVM IMPERATOR.

<i>Aen. 19.</i>	Q	Valis gemma micans, fuluū quæ diuidit aurum,	<i>Aen. 10.</i>
<i>Aen. 10.</i>			Aut collo decus aut capiti, mirabile visu:
<i>Aen. 1.</i>		Talis erat nulli veterum virtute secun- dus	<i>Aen. 11.</i>
<i>Ecl. 2.</i>	Præterea famâ multis memoratus in oris,		<i>Aen. 7.</i>
<i>AE. 7.</i>	Dum paci medium se offert, longeque; recusat		<i>Aen. 5.</i>
<i>AE. 10.</i>	Arua aliena iugo premere, atque; auertere prædas:		
<i>Aen. 9.</i>	Sternere cæde viros & mœnia cingere flamis.		<i>AE. 9.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Heu pietas, heu prisca fides & viuuda virtus!		<i>Aen. 5.</i>
<i>AE. 8.</i>	Dum bello sæuit toto Mars impius orbe,		<i>Geor. 1.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Vicinæ & ruptis inter se legibus vrbes,		
<i>Geor. 1.</i>	Arma ferunt, squallent abductis arua colonis:		
<i>Aen. 11.</i>	Hos inter motus manet imperterritus ille		<i>Aen. 10.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Et bello audacis populi vexatus & armis,		
<i>Aen. 1.</i>	Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.		
<i>Aen. 1.</i>	Sed pater omnipotens superis concessit ab oris		<i>Aen. 2.</i>
<i>AE. 8.</i>	Auxilium, requiem pugnae, rebusque; salutem.		<i>Aen. 12.</i>

MAXIMILIANVS PRIMVS ROMAN.
IMPERATOR.

<i>Aen. 6.</i>	Q	Vis procul ille auté ramis insignis oliuæ Omnia longæuo similis? tu MAXIMVS ille es, Vnus qui nobis cunctando restituis rem.	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 9.</i>			<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 6.</i>			<i>Aen. 6.</i>

P 2

Audijs

<i>AE. 9.</i>	Audijt & si quem tellus extrema refuso	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Submouet Oceano, & si quem extenta plagarum	
<i>Aen. 7.</i>	Quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui.	
<i>Aen. 8.</i>	Salue vera Iouis proles, quas dicere grates,	<i>AE. II.</i>
<i>Aen. II</i>	Quasue referre parem? tua terris didita fama	<i>Aen. 8.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Altius ingreditur, viresq; acquirit eundo.	<i>Aen. 4.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Scilicet & tempus veniet, voluentibus annis,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Cum genus omne tuum, gen ^o insuperabile bello,	<i>Aen. 4.</i>
<i>Geor. 2.</i>	Et patiens operum, super & Garamantas & Indos	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Proferet imperium: qua sol vtrumq; recurrens	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Adspicit Oceanum, tantæ est victoria curæ!	<i>Geor. 3.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Tantus amor laudum! sua cuiq; exorsa laborem	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 10</i>	Fortunamq; ferent: rex Iupiter omnibus idem.	<i>AE. 10.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?	<i>Aen. 10</i>

CAROLVS QVINTVS, ROMANO- RVM IMPERATOR.

<i>Aen. 6.</i>	H ic rem Romanã magno turbante tumultu	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. II</i>	Rettulit in melius; Pœnos Gallumque	
	rebellem	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. II</i>	Fulminis in morem victor dare terga	
	coëgit	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Ausus quinetiam fontem superare Timauï,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Illyricosque finus, atque altæ mœnia Romæ,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Arduus agmens agens Tiberini ad fluminis vn-	
	dam,	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 8.</i>	Dardaniã luctu concussit funditus vrbem.	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 2.</i>	Regnatorem Asiæ, conantem plurima frustra,	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Solus hic inflexit, cuncti se scire fatentur.	<i>Aen. II</i>
<i>Aen. 6.</i>	Multaque præterea, laudis succensus amore,	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Eripuit nobis variarum monstra ferarum.	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Vicit amor patriæ laudumque immensa cupido.	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Summe Pater, nam te voluit rex magnus Olympi,	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. II</i>	Cogere Concilium, paci que imponere morem;	<i>Aen. 6.</i>
	Iustitia-	

<i>Aen. 1.</i>	Iustitiâque dedit gentes frenare superbas,	
<i>Aen. 2.</i>	Noster eris, nomenq; tuum laudesq; manebunt.	<i>Aen. 1.</i>
<i>Ecl. 5.</i>	Dum iuga môtis aper, fluuios dum piscis amabit :	
<i>Aen. 12.</i>	Nec gens vlla tuos æquè celebrabit honores.	

FERDINANDVS PRIMVS, ROMANORVM IMPERATOR.

<i>Aen. 7.</i>	N Ec tu carminibus nostris indiçto abibis,	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 5.</i>		Princeps ante omneis pietate insignis & armis,
<i>Aen. 4.</i>	Nam quid dissimulo, aut quæ me ad maiora referuo?	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Iustitiæne prius mirer belline laborum?	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Quid memorem spolia illa tuis pendentia tectis	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Teutonico ritu, pugnataque in ordine bella,	<i>AE. 8.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Iamdudum fama totum vulgata per orbem?	<i>Aen. 1.</i>
<i>Ecl. 1.</i>	Fortunate senex, quoniam est oblata facultas,	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Ipsè tibi ad tua templa feram solemnia dona	<i>AE. 9.</i>
<i>AE. 12.</i>	Lætitia exsultans: quoties humentibus umbris	<i>Aen. 1.</i>
<i>AE. 1.</i>	Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt.	
<i>Geor. 3.</i>	Mox tamen ardentès accingar dicere pugnas,	
<i>Geor. 3.</i>	Et duo rapta manu diuersa ex hoste tropæa,	
<i>Geor. 3.</i>	Bisq; triumphatas utroque ab litore gentes.	<i>Geor. 3.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Hic pietatis honos, monumentum ac pignus amoris.	<i>Aen. 5.</i>

MAXIMILIANVS SECVNDVS, FERDINANDI F. ROMAN. IMPERAT.

<i>Aen. 10.</i>	V T senior letho canentia lumina soluit,	
<i>AE. 8.</i>		Flos veterum virtusq; virum, tum MAXIMVS heros
<i>Aen. 1.</i>	Os humerosq; Deo similis, Tritonia Pal	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Quem docuit, multa q; insignè reddidit arte. (las	
<i>Aen. 8.</i>	Extulit os sacrum, & regnis successit auitis.	<i>Geor. 3.</i>

<i>Aen. 4.</i>	Quæ quibus ante feram? diuini signa decoris,	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Ardentesq; notare oculos: qui spiritus illi,	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Qui vultus, vocisq; sonus, quantum instar in ipso!	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Salue sancte parens: quæ te tam læta tulerunt	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Sæcula? qui tanti talem genuere parentes?	
<i>Aen. 2.</i>	Intemerata fides, & nescia fallere vita;	<i>Geor. 2.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Gratior & pulcro veniens è corpore virtus,	
<i>Aen. 8.</i>	Coniungere tibi, cuncti se scire fatentur,	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Romanos rerum dominos, gentemq; togatam:	
<i>Aen. 1.</i>	Et populum latè regem belloq; superbum.	

RV DOLPHVS SECVNDVS, MA-
XIMILIANI F. ROMANOR.
IMPERATOR.

<i>Aen. 1.</i>	O quem te memorè, genus alto à sanguine	
	Diuùm?	<i>Aen. 5.</i>
<i>AE. 12.</i>	Sola in te suprema salo: tu, cuius & annis	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Et generi fatum indulget, quem numina	
	poscunt,	
<i>Ecl. 5.</i>	Sis bonus ô felixq; tuis, in te ora Latini,	<i>AE. 12.</i>
<i>Aen. 12.</i>	In te oculos referunt iam nunc & Caspia regna,	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Extremiq; hominum Morini, Mæoticaq; vnda,	<i>Geor. 3.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Indomitiq; Dacæ. rerum cui summa potestas	<i>AE. 10.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Roma colit, viridiq; aduelat tempora lauro.	<i>Aen. 5.</i>
<i>AE. 12.</i>	Vtere sorte tuâ, & susceptum perface munus:	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Neu belli terrere minis, timor omnis & iræ	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Concessere Deum: superi regnator Olympi	<i>AE. 2.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Insignem pietate virum iustissimus vnus	<i>AE. 2.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Defendit, sortemq; animo miseratus iniquam	<i>Aen. 6.</i>
<i>AE. 11.</i>	Improuisus adest, viresq; animumq; ministrat.	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Fata viam inuenient; possit quid viuida virtus	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Experiare licet, ducis & tu concipe curam.	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Hæ tibi erunt artes, & pacis dicere leges	<i>AE. 12.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Auxilioque leuare viros vimque addere victis.	<i>Ae. 2.</i>

HEN-



HENRICI MEIBOMII,
Poëtæ Cæsarii,

CLASSICVM

aduersus

TVRCAS MUSVLMANOS,
execrandâ impietate & inauditâ crudelitate in Eccle-
siam Filij Dei grassantes,

versu Virgiliano decantatum.

Ad

*Magnificum & consultissimum virum, D. TOBIAM
PAVRMEISTER, Comitem Palatinum, &
Episcopatus Halberstadensis Can-
cellarium.*

HELMÆSTADII.



IN CLASSICVM MEIBOMII.

F Allor, an Aufonij sunt hinc sacra carmina vatis?

Fronte sed in primâ Mæbomî fama virescit.
Non mouet astutè cuiusquam scrinia noster:
Nec Maro prænorat Turcarum Tartariam vim.
Expeditam: doctis sunt mutua cuncta Poëtis,
Corda nec exercet male-sanus candida liuor.
Traueferâs nostro tantam rem sumpsit ab æuo;
Ille sed Elysijs attollens verticem ab vmbrijs,
Mæonios versus cumulatè contulit vltro.

Ioannes Caselius, D.

A L I V D.

N Vper ab Elysijs sacrum caput extulit vmbrijs,
Qui tibi Roma potens alter Homerus erat.
Classica MEIBOMIÆ simul audiit inclyta
Musa

*In Mahometicolas, sic stupefactus ait:
Hæc mea, quæ Latio cecini, sunt classica; sed quis
Iam mihi pro Rutulo Barbarus hostis adest.
Fallor? an E mea mens Samio pro dogmate, sedem
Nunc in Teutonidæ corpore vatis habet?*

Laurentius Rhodomanus, Poëta L.C. publicus Ienensis academiae profess.


CLAS-





C L A S S I C V M

ADVERSUS TURCAS MV.
SVLMANOS.

<i>Aen. 5.</i>	 Vis furor ille novus? quid me alta si-	
	lentia cogis	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 10</i>	Rumpere, & obductum verbis vulgare	
	dolorem?	
<i>Aen. 12</i>	O patria, ô Divûm domus, ô gratissima tellus.	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Hæc erat illa dies, hæc nos suprema manebant,	
<i>Aen. 1.</i>	Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos.	
<i>Aen. 2.</i>	Iam magis atque magis vatum prædicta priorum	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Apparent, acuuntque metum mortalibus ægris.	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 2.</i>	Horresco referens, muris iterum imminet hostis,	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 11</i>	Agmen agens equitum, & fulgentes ære cateruas:	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Insequitur nimbus peditum: clypeataq; totis	
<i>Aen. 7.</i>	Agmina densantur campis. crudelis ubique	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Luctus, ubiq; pavor & plurima mortis imago.	
<i>Aen. 7.</i>	Hinc exaudiri gemitus, & sæva sonare	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Verberatum stridor ferri, tractæque catenæ.	
<i>AE. 12.</i>	Ventum ad supremû est: nunc altè vulnus adactû:	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 12</i>	Parcarumque dies, & vis inimica propinquat.	
<i>Geor. 3.</i>	Quinetiã horribili visu portenta sequuntur.	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Armorum sonitum toto Germania cœlo	<i>Geor. 1.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Audijt. insolitis tremuerunt motibus Alpes.	
<i>Geor. 1.</i>	(Infandum) sistunt amnes, terræque dehiscunt.	
<i>Aen. 5.</i>	Tempestat sine more furit, miserandaque venit	<i>Aen. 3.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Arboribusque satisque lues, & letifer annus:	<i>Aen. 3.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Et genus omne neci pecudum dedit omne ferarû.	
<i>Aen. 9.</i>	Præcipuo fragor, & longè pars maxima luctus	
<i>Aen. 9.</i>	Hostis adest, magnoque irarum fluctuat æstu:	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Quem neq; fas igni cuiquam, neq; sternere ferro.	

Q

Nec

HENRICI MEIBOMII

<i>Aen.</i> 5.	Nec nos obniti contrà, nec tendere tantum	
<i>Aen.</i> 5.	Sufficimus, superat genus intractabile bello.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Geor.</i> 2.	Et gens illa quidè, patriæ communis Erinny,	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 9.	Tempore quo primum Stygijs sese extulit vndis,	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 3.	Cognatas vrbes olim, populosq; propinquos,	
<i>Geor.</i> 2.	Eoasque domos Arabum, fataliaque arua	<i>Aen.</i> 5.
<i>Geor.</i> 2.	Subiecit pedibus. longa est iniuria, longæ	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Ambages, sed summa sequar fastigia rerum.	
<i>AE.</i> 3.	Postquã res Asiæ, monitu imperioq; Deorum,	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 6.	Paulatim ruere, & retro sublapſa referri	<i>Geor.</i> 1.
<i>Aen.</i> 2.	Omnis spes Danaûm: medio flagrante tumultu,	<i>Aen.</i> 11
<i>AE.</i> 8.	Extulit os sacrum, claraque in luce refulsit	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 3.	Ignoti noua forma viri: cui tristia bella,	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 7.	Iraque infidiæque & crimina noxia cordi.	
<i>Aen.</i> 4.	Isque amens animi, & rumore accensus amaro,	
<i>Aen.</i> 6.	Ibat ouans, Diuûmque sibi poscebat honorem.	
<i>Aen.</i> 8.	Quid memorem infandas cædes, & nomine mille,	<i>Aen.</i> 7.
<i>AE.</i> 7.	Mille nocendi artes, inconcessosq; hymenæos?	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 2.	Ausus quinetiam, cum multa horrenda moneret,	<i>Aen.</i> 3.
<i>AE.</i> 2.	Criminibus terrere nouis, & spargere voces	
<i>AE.</i> 2.	In vulgum ambiguas, & non innoxia verba.	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 2.	Quid maiora sequar? fatis adductus iniquis,	<i>AE.</i> 10.
<i>Aen.</i> 4.	Ne quid inexpertum scelerisue dolue fuisset,	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 3.	Infelix vates, morem ritusque sacrorum	<i>AE.</i> 12.
<i>Aen.</i> 8.	Composuit, legesq; dedit, monstroq; fefellit.	<i>Aen.</i> 12
<i>AE.</i> 2.	Credita res: captiq; dolis populusq; patresq;	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 2.	Assensere omnes, & quæ damnauerat Orco	<i>Aen.</i> 6.
<i>Ecl.</i> 4.	Cara Dei soboles, medio quæſita reponunt.	<i>Geor.</i> 4.
<i>Aen.</i> 4.	Ille dies primus leti primusque malorum	
<i>Aen.</i> 4.	Caussa fuit, nec enim specie famæ mouetur	
<i>Aen.</i> 7.	Contemptor Diuûm: magnâ stipante cateruâ	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 6.	Itque reditque viam, successuque acrior ipso	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 3.	Fas omne abrumpit, digna atque indigna relatu	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 9.	Vociferans: socij magno clamore sequuntur.	<i>Aen.</i> 10
		Tum

CENTONES VIRGILIANI.

<i>Aen.</i> 8.	Tum quoq; fas nobis, si mens non læua fuisset,	<i>Ecl.</i> 1.
<i>Aen.</i> 2.	Collectam exilio pubem, iuuenemque superbum	<i>AE.</i> 3.
<i>Ecl.</i> 6.	Sanguineis fulgentem armis, ac vana tumentem,	<i>Aen.</i> 11.
<i>Ecl.</i> 3.	Excipere insidijs, finemque imponere curis.	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 9.	Ultimus ille dies bello, gentique fuisset.	
<i>Aen.</i> 2.	Dijs aliter visum: dum nititur acer, & instat	<i>AE.</i> 12.
<i>Aen.</i> 6.	Hortator scelerū, caput horū & causa malorum,	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 6.	Ductores Danaum, nil magnæ laudis egentes,	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 7.	Certatim instaurant epulas, aut agmine facto	<i>Geor.</i> 4.
<i>Aen.</i> 4.	Regnorū immemores de vitâ & sanguine certant.	<i>AE.</i> 12.
<i>Aen.</i> 2.	Sic animis iuuenum furor additus, ocyus omnes	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 9.	Et conferre manum & procurrere longiùs audēt.	
<i>AE.</i> 12.	Ex illo, medias acies, mediosq; per ignes	<i>AE.</i> 7.
<i>Aen.</i> 7.	Inuenere viam: tot vasta per æquora vecti	<i>AE.</i> 7.
<i>Aen.</i> 3.	Centum vrbes habitant magnas, vberima regna.	
<i>Aen.</i> 4.	Litus arenosum Libyæ, penitusque repostas	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 6.	Massylum gentes prætentaque Syrtibus arua:	
<i>Aen.</i> 3.	Et campos vbi Troia fuit, si credere dignum est.	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 3.	Littoraque Epiri, Pthiam claraque Mycenas,	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 7.	Threijciâq; Samū, quæ nunc Samothracia fertur:	
<i>Geor.</i> 4.	Aruaque Riphæis nunquam viduata pruinis,	
<i>Geor.</i> 4.	Et viridem Aegyptum veterum penetralia regum.	<i>Aen.</i> 2.
<i>Geor.</i> 2.	Cum semel hæ ferunt aruis fortissima corda,	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 7.	Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.	<i>Aen.</i> 9.
<i>AE.</i> 9.	Omne æuum ferro teritur, nec tarda senectus	
<i>Aen.</i> 9.	Debilitat vires animi, mutatque vigorem.	
<i>Aen.</i> 6.	Iamque adeò nos si pellant, nihil abfore credunt	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 3.	Quin omnē Hesperia penitus sua sub iuga mitant,	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 9.	Et mare quod supra teneant, quodq; alluit infra.	<i>Aen.</i> 10.
<i>Aen.</i> 6.	Causa mali tanti sceleris vestigia nostri,	<i>Ecl.</i> 4.
<i>AE.</i> 10.	Impressumque nefas, & inextricabilis error.	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 4.	Nam qd dissimulo: aut quæ me ad maiora reseruo?	
<i>Ecl.</i> 3.	Dic quibus in terris, tot iam labentibus annis,	<i>Aen.</i> 2.
<i>Geor.</i> 1.	Tam multæ scelerum facies, tam dira cupido?	<i>Aen.</i> 6.

HENRICI MEIBOMII

<i>Aen.</i> 11.	Nos animæ viles, cœlo capita alta ferentes,	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 11.	Hos inter motus, media inter prælia belli,	<i>Aen.</i> 11.
<i>Geor.</i> 1.	Nescio quâ præter solitum dulcedine læti,	
<i>Aen.</i> 3.	Extruimusq; thoros, dapibusq; epulamur opimis	
<i>Aen.</i> 6.	Regifico luxu. iuuat indulgere choreis,	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 1.	Purpureoque altè furas vincire cothurno,	
<i>Aen.</i> 9.	Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.	
<i>Geor.</i> 1.	Nec fuit indignum solennes ducere pompas,	<i>Geor.</i> 3.
<i>AE.</i> 12.	Aut vocem mutare viros, & vertere vestes.	
<i>Aen.</i> 5.	Prò scelus: ecce etiam pueri, innuptæq; puellæ,	<i>Aen.</i> 2.
<i>Geor.</i> 3.	In furias ignemque ruunt: ea sola voluptas.	<i>Aen.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Condit opes alius defossoque incubat auro.	
<i>Geor.</i> 4.	Regibus incessit magno discordia motu,	
<i>AE.</i> 8.	Et belli rabies, cædisque insana cupido.	<i>Aen.</i> 9.
<i>AE.</i> 9.	Quinetiam maius miseris multoque tremendum	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 2.	Obijcitur magis, atq; improuida pectora turbat.	
<i>AE.</i> 8.	Vana superstitio, Stygijs emissa tenebris	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 3.	Pestis, & ira Deum, quæ Sol vtrumq; recurrens	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 7.	Adspicit Oceanum, sinuosa volumina versat:	<i>Aen.</i> 11.
<i>AE.</i> 11.	Arrectisque horret squamis, & sibilat ore:	
<i>Geor.</i> 3.	Inque dies surgens auidum caput altiùs effert.	
<i>Aen.</i> 11.	At nõ hæc nullis Diuum pater atq; hominũ rex	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 11.	Obseruans oculis, summo sedet altus Olympo.	
<i>Aen.</i> 2.	Exarsere ignes animo: bella, horrida bella,	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 3.	Obscœnamq; famem, & tristes denunciat iras.	
<i>Aen.</i> 2.	Instamus tamen immemores, cœci que furore,	
<i>Aen.</i> 10.	Nec mortem horremus, nec Diuum parcimus vlli.	
<i>Aen.</i> 10.	Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ:	
<i>AE.</i> 10.	Et seruare modum rebus sublata secundis.	
<i>Aen.</i> 6.	Ausi omnes immane nefas, ausoque potiri,	
<i>Aen.</i> 11.	Supplicia & scelerum pœnas expendimus omnes.	
<i>Aen.</i> 4.	Sed quis erit modus? aut quo nũc certamine tanto?	
<i>Aen.</i> 2.	Vna salus victis rex omnipotentis Olympi:	<i>AE.</i> 12.
<i>Aen.</i> 10.	Nãq; aliud quid sit quod iam implorare queam?	<i>Ipsum.</i>

CENTONES VIRGILIANI.

<i>AE. 11.</i>	Ipsum obtestemur, veniamque oremus ab ipso.	
<i>Aen. 10.</i>	Omnipotens genitor, superi regnator Olympi,	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Quæ primi colimus miserantē incommoda nostra:	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem,	
<i>Aen. 3.</i>	Submissi petimus terram: miserere tuorum.	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Adsis ô tandem, & si nondum exofus ad vnum	<i>AEn. 5.</i>
<i>AE. 9.</i>	Mortales: si quid pietas antiqua labores	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Respicit humanos, dubijs ne defice rebus.	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Aspice qui coëant populi, qui casus agat res.	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Nobis ad belli auxilium, pro nomine tanto,	
<i>Aen. 8.</i>	Exiguæ vires: cum durâ prælia gente	<i>Aen. 11.</i>
<i>AE. 11.</i>	Inuictisque viris gerimus, quos nulla fatigant	
<i>AE. 11.</i>	Prælia, nec victi possunt absistere ferro.	
<i>Aen. 7.</i>	Frangimur heu fatis, & ni tua cura resistat,	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 12.</i>	Nos patria amissa dominis parere superbis,	
<i>Aen. 2.</i>	Exiliumque pati, dulcesque relinquere terras	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Incerti, quo fata ferant, vbi sistere detur,	
<i>Aen. 12.</i>	Cogemur, qui nunc lenti consedimus aruis.	
<i>Ecl. 1.</i>	Impius hæc tam culta noualia miles habebit.	
<i>Ecl. 4.</i>	Non rastros patietur humus, non vinea falcem.	
<i>Aen. 8.</i>	Gensque virum truncis, & duro robore nata	
<i>Aen. 3.</i>	(Dij prohibete nefas) cunctis dominabitur oris.	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Adsis ô placidusque iuues: da sternere morti	<i>AE. 12.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Concilium horrendum, & variarum monstra ferarum.	<i>AEn. 6.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Nunc ô nunc liceat gentem effugisse nefandam,	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 12.</i>	Fatalesque manus, summaque euertere opum vi	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Ductores ipsos, genus insuperabile bello.	<i>Aen. 4.</i>
<i>Geor. 4.</i>	Illis ira modum supra est, rapiuntque; ruuntque.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 8.</i>	TARTAREAS etiam gentes in pace futuras	<i>AE. 12.</i>
<i>Geor. 2.</i>	Sollicitant, suadentque ignota laceffere bella,	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 12.</i>	Expediuntque manus. terras tentare repostas,	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 12.</i>	Ni frenum accipere & victæ parere fatentur,	
<i>Aen. 6.</i>	Noctes atque dies vasto certamine tendunt.	<i>AE. 12.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Da, pater, hoc nostris aboleri dedecus armis.	

HENRICI MEIBOMII

<i>Aen.</i> 9.	Pœnarum exhaustum satis est, miserere laborum.	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 1.	Parce pio generi, & propius res aspice nostras.	
<i>AE.</i> 11.	Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes:	
<i>Ecl.</i> 5.	An quicquam nobis tali sit munere maius?	
<i>Aen.</i> 2.	Da deinde auxilium, finemque impone labori:	<i>Aen.</i> 2.
<i>AE.</i> 12.	Nec gens vlla tuos æquè celebrabit honores.	
<i>AE.</i> 10.	Audijt illa Deus, cœli cui sidera parent,	<i>Aen.</i> 01
<i>Aen.</i> 3.	Inferni que lacus, tellus quoq; & æquora Ponti:	<i>Geor.</i> 1.
<i>AE.</i> 12.	Audijt, agnouitque sonum miseratus ab alto	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 1.	Orantes veniam. redit in præcordia virtus,	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 4.	Incenditque animum. iuuat indulgere labori.	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 5.	Quicquid erit, dirâ bellum cum gente gerendum:	<i>AE.</i> 3.
<i>Aen.</i> 2.	Fas odisse viros, atque omnia vertere fundo.	<i>Aen.</i> 10
<i>AE.</i> 8.	O fate gente Deum, spes & solatia nostri:	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 8.	Flos veterum virtusq; virum: te maximus orbis	<i>Geor.</i> 1.
<i>Aen.</i> 12.	Suppliciter venerans multo compellat honore: :	<i>Aen.</i> 3.
<i>AE.</i> 7.	Roma colit, viridiq; aduelat tempora lauro.	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 7.	Dat tibi præterea veterum decora alta parentum,	<i>Aen.</i> 2.
<i>Geor.</i> 3.	CAESARIS & nomē, quo non præstantius vllum:	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 11.	Et sellam regni trabeamque insignia nostri.	
<i>Aen.</i> 6.	Huc geminas nunc flecte acies, mētemq; benignā.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Geor.</i> 1.	Ecce inimicus atrox, auidus confundere foedus,	<i>AE.</i> 12
<i>AE.</i> 7.	Iam pridem resides populos, desuetaque bello	
<i>Aen.</i> 7.	Agmina in arma vocat subito, summasq; minatur	<i>Aen.</i> 12
<i>AE.</i> 12.	Deiecturum arces, & magnas territat vrbes.	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 6.	Huius in aduentu iam nunc concussa dolore	<i>Aen.</i> 12
<i>AE.</i> 12.	Dat gemitum tellus: crebris mugitibus amnes,	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Arentesque sonant ripæ, collesque supini:	
<i>Aen.</i> 1.	Præsentemque viris intentant omnia mortem.	
<i>AE.</i> 10.	Nil validæ iuvere manus, nihil omnibus actum	<i>Aen.</i> 11
<i>AE.</i> 11.	Tantum impensis operum, pugna aspera surgit.	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 4.	Aspicias hæc? an te pro maiestate tuorum,	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 12.	Pro Latio, mixtus pudor & dolor armat in hostes.	<i>Aen.</i> 10
<i>AE.</i> 9.	Quid dubitas? quonam nostri tibi cura recessit?	<i>Aen.</i> 2.
		Eia

CENTONES VIRGILIANI.

<i>Aen.</i> 4.	Eia age rumpe moras: gens dura atq; aspera cultu	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 5.	Debellanda tibi, magnum quæ sparsa per orbem,	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 12	Attollitque animos, & coelum territat armis.	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 12	Sola in te suprema salus, rex maxime regum,	<i>Aen.</i> 11.
<i>AE.</i> 12.	Vtere sorte tuâ, fortunatusque laborum	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 11	Egregiusque animi, susceptum per fice munus.	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 11	Aude, atq; aduersum fidens serpectus in hostem.	
<i>Aen.</i> 8.	Neu belli terrere minis. timor omnis, & iræ	
<i>AE.</i> 8.	Concessere Deum: mitte hanc de pectore curam:	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 1.	Ausus & afflictis melius confidere rebus,	
<i>Aen.</i> 6.	I decus, i, nostrum, ducis & tu concipe curam.	<i>AE.</i> 11.
<i>AE.</i> 12.	In te oculos referunt: tentare periculâ belli	<i>AE.</i> 9.
<i>Aen.</i> 2.	Teque tuosque iuuat, fascesque videre receptos.	<i>Aen.</i> 7.
<i>Ecl.</i> 2.	O utinam libeat famâ & felicibus armis	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 1.	Illyricos penetrare sinus, regnare per vrbes	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 3.	Argolicas, mediosque viam tenuisse per hostes.	
<i>Aen.</i> 4.	Litora litoribus contraria, fluctibus vndas	
<i>Aen.</i> 4.	Imprecor, arma armis: pugnent ipsiq; nepotes.	
<i>Aen.</i> 11	Illi armis in regna ruunt, obstare furori	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 7.	Cœlestum vis magna iubet: sat funera fusi	<i>Aen.</i> 11.
<i>Aen.</i> 11	Vidimus, ingentes & desolauimus agros.	
<i>Aen.</i> 2.	Quondam etiam victis spondet Fortuna salutem.	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 6.	Tu ne cede malis, sed contrâ audentior ito	
<i>Aen.</i> 9.	In casus omnes, miseros meliora sequentur.	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 9.	Quod superest læti, quoniâ est oblata facultas,	<i>Geor.</i> 4.
<i>Aen.</i> 3.	Audite ô proceres: audite ô mentibus æquis	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 4.	GERMANI. quæ sit rebus fortuna videtis.	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 11	Ante oculos, interque manus sunt singula vestras.	
<i>Aen.</i> 9.	Hostis adest, scelere ante alios immanior omnes,	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 12	Excisurum vrbes minitans, & Marte secundo	<i>Aen.</i> 11.
<i>AE.</i> 12	Terribilis sæuam nullo discrimine cædem	
<i>Aen.</i> 12	Suscitat, irarumque omnes effundit habenas.	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 7.	Classica iamque sonant, it bello tessera signum.	
<i>Aen.</i> 6.	Magnanimi Heroës, genº alto à sanguine Diuum,	<i>Aen.</i> 5.
		Cogna-

HENRICI MEIBOMII

<i>Aen. 8.</i>	Cognatiq̄ue patres: vos ô quibus integer æui	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Sanguis adhuc, solidæq̄; suo stant robore vires:	
<i>Aen. 11.</i>	Consulte in medium, & rebus succurite fessis.	
<i>Ecl. 3.</i>	Quid prodest magnos canibus circumdare saltus,	<i>Geor. 1.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Auritosq̄ue sequi lepores & figere ceruos?	<i>Ecl. 2.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Quid tantùm infano iuuat indulgere labori?	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit.	
<i>Ecl. 2.</i>	Nonne fuit fatius murorum attollere moles,	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Moliriq̄; arces pubemque educere castris,	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Vulnera dirigere & venientes pellere terra.	<i>Aen. 10.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Hei pietas, hei prisca fides! impunè videmus	<i>Geor. 2.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Ingruere infensos hostes, & marte secundo	
<i>AE. 11.</i>	Omnia corripuisse: vocat lux vitima victos.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Quo ferrû? quid uè hæc geritis tela irrita dextris?	
<i>Aen. 9.</i>	Quos alios muros, aut quæ iam mœnia habetis?	
<i>Aen. 9.</i>	Non infelicis patriæ miseretq̄ue pudetq̄ue?	
<i>Aen. 11.</i>	Arma parate animis, & spe præsumite bellum.	
<i>Aen. 10.</i>	Stat sua cuiq̄; dies: breue & irreparabile tempus	<i>Geor. 3.</i>
<i>AE. 10.</i>	Omnibus est vitæ, sed famam extendere factis,	
<i>Aen. 6.</i>	Hoc opus, hic labor est. cum multo gloria venit	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Sanguine: suntq̄; illis sua funera, parq̄; per omnes	
<i>Aen. 9.</i>	Tempestat. cur indecores in limine primo.	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 12.</i>	Succidimus? cur ante tubã tremor occupat artus?	<i>AE. 11.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Quare agite ô iuuenes, nunc illas promite vires:	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Ferte citi ferrum, date tela, impellite remos:	
<i>Aen. 7.</i>	Arma velit, poscatque simul, rapiatq̄; iuuentus.	
<i>Aen. 10.</i>	Numina nulla premunt: mortali vrgemur ab hoste	
<i>AE. 10.</i>	Mortales: polcant acies, & fœdera rumpant.	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Hoc virtutis opus, caput obiectare periclis,	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Vlcisci patriam, & sceleratam excindere gentem,	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Auxilioq̄ue leuare viros. nunc coniugis esto	<i>Aen. 10.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Quisque iux, tectiq̄; memor: nunc magna referto	
<i>Aen. 10.</i>	Facta patrum: ne noster honos infraëtaq̄; cedat	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Fama loco. nunc tēpus equos, nunc poscere curi:	<i>Aen. 9.</i>
		Præci-

CENTONES VIRGILIANI.

<i>Aen. 8.</i>	Præcipitate moras : virtutem extendere factis	<i>Aen. 6.</i>
<i>AE. 11.</i>	Monstrat amor verus patriæ. te triste manebit	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Supplicium, votisque Deos venerabere seris	
<i>Geor. 3.</i>	Gens effrena virum, crimenq; caputq; malorum.	<i>AE. 12</i>
<i>Aen. 7.</i>	Te super ætherias errare licentius auras,	
<i>Aen. 7.</i>	Haud pater ipse velit superi regnator Olympi.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Castra inimica vides : mens omnibus vna sequedi:	<i>AE. 10</i>
<i>Aen. 3.</i>	Omnibus idem animus, detrudere finibus hostem,	<i>AE. 7.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Exstinxisse nefas, & debellare superbos.	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Audentes fortuna iuvat. proinde omnia magno	<i>AE. 11.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Ne cessa turbare metu, atque extollere vires :	
<i>AE. 12.</i>	Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid	
<i>AE. 12.</i>	Siue animis, siue arte vales : sere crimina belli :	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Disijce compositam pacem: pete regna per vndas.	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Dum fortuna fuit, dum fallere fata sinebant :	<i>Aen. 11.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Ferrea progenies, terris agitare vel vndis	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 6.</i>	Infantes potuisti : infandum accendere bellum :	<i>AE. 12</i>
<i>Aen. 10.</i>	Arua aliena iugo premere atq; auertere prædas.	
<i>Aen. 7.</i>	Maius adorta nefas, maioremque orsa furorem,	
<i>AE. 12.</i>	Fœdera turbasti, teque hæc in bella dedisti :	
<i>AB. 12.</i>	Desine iam tandem. nunc te fata impia tangunt	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Erroresque tuos: Diuum inclementia Diuum	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Has euertit opes, & non tolerabile numen.	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Iam mare turbari trabibus, sæuasque videbis	
<i>Aen. 4.</i>	Collucere faces, & feruere litora flammis.	
<i>Aen. 10.</i>	Iungit opes fœdusque ferit illa inclita Roma,	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Hetruscique duces, omnisque Oenotria tellus,	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Indomiti que Dacæ : falcati cominus enses	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Aerata que micant peltæ. Trinacria pubes	<i>AE. 5.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Prona petit maria, & pelago decurrit aperto :	
<i>Geor. 3.</i>	Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.	
<i>Geor. 2.</i>	Et gens illa quidem, septem subiecta Trioni	<i>Geor. 3.</i>
<i>Geor. 2.</i>	Fertur in arua furès, sumptis non tarda pharetris.	<i>Geor. 2.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Quid memorem æratas acies ex agmine tanto,	<i>Aen. 7.</i>

R

GERMA-

HENR. MEIBOMII CENTON. VIRGIL.

<i>Aen. 4.</i>	G E R M A N I q; minas? sunt nobis fortia bello	<i>Aen. 8.</i>
<i>AE. 8.</i>	Pectora, sunt animi, ferrumq; haud debile dextrâ	<i>AE. 12.</i>
<i>Aen. 12.</i>	Spargimus, & nostro sequitur de vulnere sanguis:	
<i>Aen. 7.</i>	Signaque ferre iuuat, sonitusq; audire tubarum.	
<i>AE. 11.</i>	O fortunatae gentes: nunc viribus vsus,	<i>AE. 8.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra.	
<i>Aen. 1.</i>	Soluite corde metum: terrorum & fraudis abunde est.	<i>Aen. 7.</i>
<i>AE. 12.</i>	Sufficiunt vires, coeant in foedera dextræ.	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Iam iam nulla mora est: quonia data copia pugnae	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Bellatorque animo Deus incidit, ocyus omnes	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Arma viri ferte, arma animis & viribus æquis.	<i>AE. 10.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Regnatorem Asiae, Geticis qui praesidet armis,	
<i>Aen. 1.</i>	Et genus inuisum, spolijs Orientis onustum,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Exercete odijs: videatque indigna suorum	
<i>Aen. 4.</i>	Funera, nec cum se sub leges pacis iniquae	
<i>Aen. 4.</i>	Tradiderit: regno, aut optata luce fruatur.	
<i>Aen. 2.</i>	Festinate viri: ferro rumpenda per hostes	<i>Aen. 10.</i>
<i>AE. 10.</i>	Est via, qua globus ille virum densissimus vrget.	
<i>AE. 12.</i>	In medias acies, atque in media arma ruamus.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Vincet amor patriae, laudumq; immensa cupido.	
<i>AE. 12.</i>	Quo res cunque cadent, si quid mea carmina possunt,	<i>AE. 9.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.	
<i>Aen. 2.</i>	Ipsè inter primos, mecum modò vita superfit,	<i>Geor. 3.</i>
<i>AE. 7.</i>	Dicam acies, actusque animis in funera reges,	
<i>Aen. 1.</i>	Virtutesque virosque, & tanti incendia belli.	
<i>Aen. 5.</i>	Omnibus hic erit vnus honos, nec vestra feretur	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Fama leuis, tantique abolefcet gratia facti.	

PRECA-



PRECATIO

AD FILIVM DEI JESVM CHRIS- TVM, CONTRA TVRCAS.

<i>Aen. 1.</i>	N ate patris summi, magnum & memora- bile numen,	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Ad te confugio, & supplex tua numina posco.	
<i>AE. 12.</i>	Respice res bello varias: iterum imminet hostis	<i>Aen. 10</i>
<i>AE. 8.</i>	Victor, ab auroræ populis & litore rubro	
<i>AE. 7.</i>	Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas.	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Non opis est nostræ tantam subiungere gentem,	<i>Aen. 8.</i>
<i>Geor. 4.</i>	Magnanimosq; Duces. potuit quæ maxima virtus	<i>AE. 11.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Esse, fuit: toto certatum est corpore regni.	
<i>Aen. 11.</i>	Imus in aduersos, nec Dijs, nec viribus æquis,	<i>Aen. 5.</i>
<i>AE. 10.</i>	Cernis vt insultent, & ni tua cura resistat,	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Funditùs ocidimus, nec habet fortuna regressum.	
<i>Aen. 12.</i>	Nos patriâ amissâ sitientes ibimus Afros,	<i>Ecl. 1.</i>
<i>Geor. 4.</i>	Quaque pharetrataë vicinia Perfidis vrget.	
<i>Ecl. 1.</i>	Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniem ^o Oaxē.	
<i>Aen. 8.</i>	Gensq; virûm scelere ante alias immanior omnes	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Proferet imperium super & Garamantas & Indos.	
<i>Ecl. 1.</i>	Et penitus toto diuisos orbe Britannos.	
<i>Ecl. 5.</i>	Sis bonus, ô felixque tuis, iramque minasque	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Frangere manu. miserere: potes namq; omnia, nec te	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Nequicquam sacrâ longæuum in sede locauit	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Omnipotens genitor, cœloq; Ereboq; potentem:	<i>Aen. 6.</i>
<i>Ecl. 5.</i>	Sub pedibusque vides nubes & sidera cœli.	<i>Geor. 2.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Adsis ô placidusque iuues: miserere laborum:	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 12.</i>	Tu requies omnis curæ casusque leuamen,	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Et prædulce decus. fratres ne desere frater	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 1.</i>	lampridem resides: quos improbus aduenabello	<i>AE. 12.</i>
	R 2	Terri-

HENRICI MEIBOMII

<i>AE. 12.</i>	Territat, inualidas vt aues : tege pace Latinos,	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Romanosque tuos socijs sacraque caterua	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 12</i>	Agminis aligeri : quo non praesentius vllum.	<i>AE. 12</i>
<i>Geor. 1.</i>	Ecce inimicus atrox, furijs accensus & ira,	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 12</i>	Ardet in arma magis : nos flendo ducimus horas :	<i>Aen. 6.</i>
<i>AE. 10.</i>	Non vlli est animus stricto concurrere ferro.	<i>Aen. 10</i>
<i>Ecl. 4.</i>	Cara Dei soboles, spes & solatia nostri,	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Adsis o tandem, & propius tua numina firmes.	
<i>Aen. 9.</i>	Imuisum hoc detrude caput sub tartara telo :	
<i>Geor. 4.</i>	Nesciaque humanis precibus mansuescere corda	
<i>Geor. 4.</i>	Dede neci. quae causa fuit consurgere in arma	<i>Aen. 10.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Contra fata Deum, & gentes agitare quietas ?	<i>Aen. 10.</i>
<i>Aen. 11</i>	Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.	
<i>Geor. 2.</i>	Indulge pugnae quietem rebusque salutem.	<i>AE. 12.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Da deinde auxilium precibusq; inflectere nostris.	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 6.</i>	Huc geminas nunc flecte acies, & moenia serua,	<i>Aen. 11</i>
<i>Geor. 2.</i>	IVLIA qua SAXO incolitur fundata vetusto	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Virginis os habitumq; gerens pulcerrima proles	<i>Aen. 6.</i>
<i>AE. 6.</i>	Magnanimi Herois, quo non praestantior alter,	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Siue fide, seu quis bello est expertus & armis.	
<i>Aen. 2.</i>	Hanc primum tutare domum, sanctumq; Senatum,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Rectores iuuenum. primæuo flore iuuentus	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Attonitis inhians animis tua cernere facta	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Adsuescat, primis & te miretur ab annis.	
<i>Aen. 3.</i>	Et quo quenq; modo fugiatq; feratque laborem	<i>Aen. 6.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Audiat, inque vicem det mollibus ora capistris.	
<i>Aen. 3.</i>	Hac casti maneant in religione nepotes.	
<i>Ecl. 5.</i>	Dumq; thymo pascentur apes, dum fronde capelle	<i>Ecl. 10.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt.	

CENTO



CENTO VIRGILIANVS

Ad illustriss. principem, GVILIELMVM,
Hassia Lantgrauium,

*Helmastadium academia Iulia hospitium
ingredientem.*

- Aen. 4.* **Q**VIS nouus hic nostris successit sedibus
hospes?
Aen. 4. Quem sese ore ferens? quam seruantissi-
mus æqui! *Aen. 2.*
- Aen. 6.* Hic vir hic est veterum nulli virtute secundus, *Aen. 11.*
Aen. 5. Princeps ante omnes famâ super æthera notus, *AE. 1.*
Aen. 12. Nomine auum referens animo manibusq; parentē
Aen. 1. Insignem pietate virum de gente vetustâ. *Aen. 11*
- Geor. 2.* O decus ô famæ meritò pars maxima nostræ:
Geor. 1. Ingredere & votis iam nunc assuesce vocari.
- Aen. 7.* Cœlestum vis magna iubet, tibi lilia plenis *Ecl. 2.*
Ecl. 2. Ecce ferunt Nymphæ calathis: tibi candida Nais *Ecl. 2.*
- Geor. 4.* Pallentes hederas & amantes litora myrtos.
Ecl. 5. Ipsi lætitiâ voces ad sydera iactant
Ecl. 5. Intonsi montes respondent omnia siluæ.
- Aen. 8.* Flos veterum virtusq; virûm mea maxima cura.
Ecl. 5. Vitis vt arboribus decori est, vt vitibus vuæ,
Ecl. 5. Tu decus omne tuis hinc vsq; ad sydera notus.
Ecl. 6. Audijt, Eurotas atque auro turbidus Hermus,
Cœruleus Tiberis cœlo gratissimus amnis
- Aen. 7.* Audijt, & torquens flauentes Ister arenas. *Geor. 3.*
Geor. 4. Quæ sint quæ fuerint quæ mox ventura trahantur
Aen. 1. Nota tibi, & quorum Graij meminere Poëtæ: *Geor. 3.*
Geor. 2. Vnde tremor terris quâ vi maria alta tumescant

HENRICI MEIBOMII

<i>Aen. 6.</i>	Aggeribus ruptis rursusque in se ipsa residant :	<i>Geor. 2.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Frigida Saturni quo sese stella receptet :	
<i>Geor. 1.</i>	Quos igni coeli Cyllenius erret in orbes :	
<i>Geor. 2.</i>	Defectus Solis varios Lunæque labores: (ignes	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Vnde hominum pecudumq; genus vnde imber &	
<i>Geor. 2.</i>	Quid tantum Oceano properent se tingere soles	
<i>Aen. 1.</i>	Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obftet,	
<i>Aen. 4.</i>	Enumerare vales : coeli prædicere morem	<i>Geor. 1.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Artis opisque tuæ est: cuncti se scire fatentur.	
<i>Aen. 11</i>	Tunc cum bella manus poscunt patribusq; vocatis	
<i>Aen. 11</i>	Primus ades fidens animi atq; in vtrumq; paratus	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Vlcisci patriam, seu certæ occumbere morti.	
<i>Aen. 8.</i>	Aude hospes contemnere opes : sedemq; sacratam	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 11</i>	Rectores iuuenum & rerum sanctumq; Senatum,	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo.	
<i>Geor. 3.</i>	Rumpe moras : sunt hîc etiam sua præmia laudi,	<i>Aen. 1.</i>

CENTO FVNEBRIS

*In obitum FRIDERICI RANZOVII,
HENRICI proRegis Danici F. in
Gallis à sicariis occisi.*

<i>Aen. 6.</i>	E Gregium formâ iuuenem cui cura nitentes	
<i>Aen. 6.</i>	Pascere equos, cursuq; pedû præuerrere vêtos	<i>Aen. 7.</i>
<i>AE. 9.</i>	Et conferre manum & tentare pericula belli	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Teutonico ritu: quem non virtutis egentem	<i>Aen. 11</i>
<i>Aen. 11.</i>	Abstulit atra dies & funere merfit acerbo	
<i>Geor. 1.</i>	Hinc canere incipiam. manibus date lilia plenis :	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Purpureos spargam flores, solatia luctus	<i>Aen. 11</i>
<i>AE. 11.</i>	Exigua ingentis, misero sed debita patri.	
<i>Aen. 2.</i>	Ipse inter primos (dum fata Deusq; sinebant)	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Ante annos animumq; gerens curamq; virilem,	
<i>Aen. 7.</i>	Exercebat equos, curruque in bella ruebat.	

Atque

CENTONES VIRGILIANI.

<i>Aen. 6.</i>	Atque omnes pelagi que minas coeli que ferebat:	
<i>Geor. 4.</i>	Nulla Venus nullique animum flexere hymenæi,	
<i>Aen. 10.</i>	Caniciemq; sibi & longos promiserat annos.	
<i>Aen. 2.</i>	Dijs aliter visum, quoniam fors omnia versat,	<i>Ecl. 9.</i>
<i>AE. 8.</i>	Procubuit metalque dati peruenit ad æui.	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 3.</i>	Hic labor extremus longarum hæc meta viarum.	
<i>Aen. 10.</i>	O dolor atq; decus! dum spes incerta futuri	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Dum curæ ambigæ fatis adductus iniquis	<i>Aen. 10</i>
<i>Geor. 1.</i>	Insidias sensit medios delapsus in hostes	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Fraude loci & noctis, nec spes opis vlla dabatur.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Vt stetit, & frustra absentes respexit amicos,	
<i>Aen. 2.</i>	Exoritur clamorque virum clangorque tubarum:	
<i>Aen. 8.</i>	Galli per dumos aderant genus acre luporum	<i>Geor. 3.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Defensi tenebris & dono noctis opacæ.	
<i>Aen. 9.</i>	Nec longum in medio tempore cum iam manus omnis	
<i>Aen. 9.</i>	Oppressum rapit & conantem plurima frustra.	
<i>Aen. 5.</i>	Hic iuuenis, quæquæ in media iam morte tenetur	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Corde premit gemitum magnumq; ita ad æthera fatur:	
<i>Aen. 10.</i>	Omnipotens genitor, superi regnator Olympi,	<i>AE. 2.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Vixi & quem dederat cursum fortuna peregi,	
<i>Aen. 12.</i>	Parcarumq; dies & vis inimica propinquat:	
<i>Aen. 1.</i>	Et iam finis erit: oro miserere laborum	<i>Ae. 2.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Tantum, miserere animi non digna ferentis.	
<i>Aen. 12.</i>	Has inter voces, media inter talia verba,	
<i>Aen. 10.</i>	Corruit in vulnus, sonitum super arma dedere:	
<i>Aen. 10.</i>	Et terram hostilem moriens petit ore cruento.	
<i>Aen. 9.</i>	Purpureus veluti cum flos succisus aratro	
<i>Aen. 8.</i>	Procubuit moriens, lassoue papauera collo	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Demisere caput pluiam cum forte grauantur.	<i>Aen. 9.</i>
<i>AE. 10.</i>	Stat sua cuiq; dies breue & irreparabile tempore	<i>Geor. 3.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Omnibus est vitæ: sed famam extendere factis	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Militiam tali per tot discrimina rerum	<i>Aen. 1.</i>
<i>AE. 10.</i>	Hoc virtutis opus: facilis iactura sepulcri.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 12.</i>	Ille quidem ad superos si quid mea carmina possunt	
		Succe-

HENRICI MEIBOMII

<i>AE.</i> 12.	Succedet famâ viuusque per ora feretur.	
<i>Ecl.</i> 8.	Certum in siluis inter spelæa ferarum	
<i>Geor.</i> 4.	Sæpe queri & longas in fletum ducere voces.	
<i>Aen.</i> 9.	Felix morte tuâ proles pulcerrima bello	<i>Aen.</i> 7.
<i>Ecl.</i> 6.	Te nemus omne canet te nostræ dona Mineruæ.	<i>AE.</i> 2.
<i>Ecl.</i> 5.	Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit,	
<i>Aen.</i> 1.	Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebūt.	

CENTO VIRGILIANVS

*Ad illustrem & generosum Comitem Schauenburgicum,
Dn. ERNESTVM, Helmæstadium
studiorum gratia ingressum.*

<i>Aen.</i> 4.	Q uis nouus hic formâ insignis viridiq; iuuetâ	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 6.	Egregius nostris successit sedibus hospes?	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 6.	Quis strepitû circa comirum quantû instar in ipso	
<i>Aen.</i> 6.	Venisti tandem nec me mea cura fefellit	
<i>AE.</i> 12.	O præstans animi iuuenis de gente vetustâ.	<i>Aen.</i> 11
<i>Ecl.</i> 4.	Aggredere ô magnos aderit iam tempus honores.	
<i>Aen.</i> 8.	Hic tibi certa domus meritis vacat hic solus	<i>Aen.</i> 11
<i>Aen.</i> 11.	Fortunæque locus. nostri si tanta cupido	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 2.	Noster eris rebusque veni non asper egenis.	<i>AE.</i> 8.
<i>Ecl.</i> 8.	En erit vt liceat rerum cognoscere causas	<i>Geor.</i> 2.
<i>Ecl.</i> 1.	Et fontes sacros & sancta oracula Diuûm.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Ecl.</i> 4.	At simul heroum laudes & fortia facta	
<i>Aen.</i> 6.	Fataque fortunaque virûm moresque manus	
<i>Ecl.</i> 4.	Iam legere & quæ sit poteris cognoscere virtus:	
<i>Geor.</i> 1.	Ni refugis tenuesque piget cognoscere curas.	
<i>Geor.</i> 2.	Scilicet est omnis labor impendendus, & omnes	
<i>Geor.</i> 3.	Saxa per & scopulos, per tot discrimina rerum,	
<i>Geor.</i> 1.	Ordine respicies cultusque habitusque locorum	<i>Geor.</i> 1.
		Magna-

CENTONES VIRGILIANI.

<i>Geor.</i> 4.	Magnanimosque Duces, aulafq; & limina Regum	<i>Geor.</i> 2.
<i>AE.</i> 10.	Aspicias. adeò à teneris consuescere multum est.	<i>Geor.</i> 2.
<i>Ecl.</i> 4.	Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas,	
<i>Aen.</i> 6.	Missus in imperium magnum, memorabile nomen	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 1.	Accipies, ipse ante alios pulcerrimus omnes.	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 11	Et nosces ventosa ferat cui gloria laudem.	
<i>Geor.</i> 3.	Invidia infelix Furias, amnemque seuerum	
<i>Geor.</i> 4.	Cocytii metuet, strepitumque Acherontis auari.	
<i>Aen.</i> 3.	Si qua fides, animum si veris implet Apollo,	
<i>Ecl.</i> 5.	Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebūt,	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 2.	Et magis atque magis sublimem gloria tollet.	<i>Aen.</i> 10



In effigiem Reuerendissimi & illustrissimi principis,
 HENRICI - JULII, Episc. Halberst.
 Ducis Brunf. & Lunab.

<i>Aen.</i> 3.	SIC oculos, sic ille manus, sic ora ferebat,	
<i>Aen.</i> 5.		Princeps ante omnes famâ super æthera no- tus;
<i>Aen.</i> 12	Cui genus à proavis ingens, de gente vetustâ	<i>Aen.</i> 9.
<i>Geor.</i> 4.	Magnanimum Heroum: tardis vbi flexibus errat	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Mincius, & tenerâ prætexit arundine ripas.	
<i>Aen.</i> 7.	Ipsè inter primos, pietate insignis & armis,	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 6.	Proferet imperium per tot discrimina rerum:	<i>Aen.</i> 1.
<i>Ecl.</i> 4.	Pacatumque reget patrijs virtutibus orbem.	
<i>Geor.</i> 4.	Ille operum custos nobis hæc ocia fecit:	<i>Ecl.</i> 1.
<i>Aen.</i> 3.	Ille regit dictis animos iruenumque senumque:	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 5.	Ipsis præcipuos Doctõribus addit honores:	
<i>Aen.</i> 6.	Inuentas & qui vitam excoluere per artes	
<i>Aen.</i> 5.	Muneribus cumulat magnis, & præmia ponit.	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 5.	Salue sancte parens. quæ te tam læta tulerunt	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Sæcula? qui tanti talem genuere parentes?	

S

Pro

HENRICI MEIBOMII

<i>Aen.</i> 4.	Pro re pauca loquar: felici comptus oliuâ	<i>Aen.</i> 7.
<i>Geor.</i> 2.	Scipiadas duros bello, natumq; patremque,	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 6.	Ipsūq; AEaciden, genus armipotentis Achillis,	
<i>Aen.</i> 12.	Virtute exsuperas non inferiora secutus,	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 9.	Ante annos. tibi res antiquæ laudis & artis.	<i>Geor.</i> 2.
<i>Geor.</i> 2.	Quid maiora sequar? solido de marmore templa	<i>Aen.</i> 6.
<i>Geor.</i> 2.	An memorem? quæ se tollunt in luminis auras:	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 8.	Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis.	
<i>Aen.</i> 1.	Perge modò, & quâ te ducit via dirige gressum.	
<i>Aen.</i> 11.	Nos verò hæc patriam grati referemus ad urbem	
<i>Aen.</i> 11.	Ordine cuncta suo: dum spiritus hos reget artus,	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 4.	Dum memor ipse mei, semper celebrabere donis.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Ecl.</i> 4.	Non me carminibus vincet formosus Apollo:	
<i>Aen.</i> 12.	Sufficiunt vires, nec me labor iste grauabit.	<i>Aen.</i> 2.



CENTO NVPTIALIS

THOMÆ AKNESEBECK ET EMENTIÆ AB ALVENSLEBEN,
novis Sponsis, dicatus.

<i>Aen.</i> 7.	N EC tu carminibus nostris indictus abibis	
<i>Aen.</i> 11.	N O præstās animi iuuenis; nūc ipsa vocat res.	<i>Aen.</i> 9.
<i>Geor.</i> 3.	Dum faciles animi, nil magnæ laudis egentes,	<i>Aen.</i> 5.
<i>Geor.</i> 2.	Verfibus incomptis ludunt, risuque soluto:	
<i>Aen.</i> 8.	Interea sacra hæc, solennesque ordine pompas	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 11.	Dicam equidem: iuuat ire iugis, quâ nulla priorū	<i>Geor.</i> 3.
<i>Geor.</i> 3.	Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.	
<i>Ecl.</i> 6.	Pergite Pierides deductum dicere carmen	
<i>Aen.</i> 10.	Fatidicæ Mantūs: non omnia possumus omnes.	<i>Ecl.</i> 8.
<i>Aen.</i> 4.	Principiò delubra adeunt de more vetusto.	<i>Aen.</i> 12.
<i>Aen.</i> 10.	Tot lecti proceres, genus alto à sanguine Diuūm,	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 9.	Vndiq; conueniunt: sequitur quos cætera pubes.	<i>Aen.</i> 7.
	Ipse	

CENTONES VIRGILIANI.

<i>Aen.</i> 7.	Ipse inter primos, Veneris iustissima cura,	<i>Aen.</i> 10
<i>Aen.</i> 8.	Expleri nequit, atque oculos per singula voluit.	
<i>Aen.</i> 2.	Vndique, visendi studio, spectata iuventus	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 2.	Circumfusa ruit mediâ testudine templi.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Ecl.</i> 6.	Pergite Pierides deductum dicere carmen	
<i>Aen.</i> 10	Fatidicæ Mantûs non omnia possumus omnes.	<i>Ecl.</i> 8.
<i>Aen.</i> 7.	Hos super aduenit oculos deiecta decoros	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 9.	Insignis facies, & pulcro pectore Virgo.	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 1.	Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi	
<i>Aen.</i> 1.	Exercet Diana choros: stupet inscia turba.	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 7.	Illam omnis tectis agrisque effusa iuventus,	
<i>Aen.</i> 7.	Turbaq; miratur matrum & prospectat euntem.	
<i>Aen.</i> 12	Sunt aliæ innuptæ, graditur, mollique fluentem.	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 4.	Fronde premit crinem fingês, atq; implicat auro,	
<i>Aen.</i> 12	Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem	
<i>Aen.</i> 11	Subiecit rubor, & calefacta per ossa cucurrit.	
<i>Ecl.</i> 6.	Pergite Pierides deductum dicere carmen	
<i>Aen.</i> 10	Fatidicæ Mantûs: non omnia possumus omnes.	<i>Ecl.</i> 8.
<i>Aen.</i> 1.	Postquam introgressi, perfectis ordine votis	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 2.	Conticuere omnes: purâque in veste Sacerdos	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 10	Admonet, immiscetq; preces. pulcerrima primùm	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 6.	Dic, ait, ô virgo, tua si mihi certa voluntas,	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 6.	Egregium formâ iuuenem de gente vetustâ,	
<i>Aen.</i> 1.	Connubio iungam stabili: nec fœdera rumpet.	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 2.	Tu modò promissis maneat, seruataque serues	
<i>Geo.</i> 2.	Castâ pudicitiam: rex Iuppiter omnibus idem.	<i>Aen.</i> 10
<i>Aen.</i> 2.	Illa hæc depositâ tandem formidine fatur:	
<i>Aen.</i> 9.	Accipio, & comitem casus complector in omnes.	
<i>Ecl.</i> 6.	Pergite Pierides deductum dicere carmen	
<i>Aen.</i> 10	Fatidicæ Mantûs: non omnia possumus omnes.	<i>Ecl.</i> 8.
<i>Aen.</i> 5.	Nec mora, nec requies: longâ cum veste sacerdos	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 7.	Hic iuueni ante oculos his se cum vocibus offert.	
<i>Aen.</i> 2.	Accipe nunc omnis curæ casusque leuamen,	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 11	Et prædulce decus, duri solatia casus.	<i>Aen.</i> 6.

HENRICI MEIBOMII

<i>Aen. 10</i>	Fata viam inuenient: tantum, fortuna secunda	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Aut aduersa cadat, thalamos ne desere pactos.	<i>Aen. 10.</i>
<i>Aen. 11</i>	Coniugium optatum potius Dij numine firment.	<i>Aen. 12.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Viuite felices: ictum iam foedus, & omnes	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 12</i>	Compositæ leges: coëant in foedera dextræ.	<i>Aen. 11</i>
<i>Aen. 1.</i>	Sic ait, & dicto citius altaria iuxta	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Congressi iungunt dextras diuosq; precantur.	<i>Ann. 3.</i>
<i>Ecl. 6.</i>	Pergite Pierides deductum dicere carmen	
<i>Aen. 10</i>	Fatidicæ Mantûs: non omnia possumus omnes.	<i>Ecl. 8.</i>
<i>Aen. 1.</i>	At domus interior regali splendida luxu	
<i>Aen. 1.</i>	Instruitur, medijsque parant conuiuia tectis.	
<i>Aen. 8.</i>	Tum lecti iuuenes liquidos dant ordine fontes.	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 12</i>	Vtq; dato signo spacia in sua quisque recessit:	
<i>Aen. 8.</i>	Viscera tosta ferunt taurorum, onerâtq; canistris	
<i>Aen. 8.</i>	Dona laboratæ Cereris, & pocula ponunt.	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 1</i>	Fit strepitus tectis: ferit aurea lydera clamor.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Ecl. 6.</i>	Pergit Pierides deductum dicere carmen	
<i>Aen. 10</i>	Fatidicæ Mantûs: non omnia possumus omnes.	<i>Ecl. 8.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Postquam prima quies epulis mensæq; remotæ:	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Munera principio ante oculos, circoq; locantur	
<i>Aen. 5.</i>	In medio sacri tripodes aurique talenta.	<i>Aen. 11</i>
<i>Aen. 5.</i>	Nec non & focij, quæ cuique est copia, læti	<i>Aen. 8.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Dona ferunt. nequeunt expleri corda tuendo.	<i>Aen. 8.</i>
<i>Geor. 4.</i>	Haud mora, continuo biforem dat tibia cantum:	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 8.</i>	Consurgunt mensis pueri innuptæque puellæ:	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Discurrunt, variantque vices, lustrantq; choreis	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 1.</i>	Atria: dependent lychni laquearibus aureis.	
<i>Ecl. 6.</i>	Pergite Pierides deductum dicere carmen	
<i>Aen. 10</i>	Fatidicæ Mantûs: non omnia possumus omnes.	<i>Ecl. 8.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Fortunati ambo! si quid pia numina possunt,	
<i>Aen. 3.</i>	Vobis parta quies, omnisque in limine portus.	<i>Aen. 7.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Interea magnum Sol circumuoluitur annum,	
<i>Aen. 6</i>	Accipiet natosque pater paruosque nepotes,	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 1.</i>	(Ni frustra augurium vani docuere parentes)	

Sed

CENTONES VIRGILIANI.

Geor. 3. | Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus, | Aen. 10
 Geor. 3. | Singula dum capti circumuectamur amore. |
 Geor. 1. | Non ego cuncta meis amplecti versibus opto,
 Aen. 8. | Multaq; præterea post me memoranda relinquo. | Geor. 4.



CENTO VIRGILIANVS

Honori nuptiarum M. HENRICI GARBERI
 & MARGARITÆ VVOLDERS.

Aen. 4. | **M**E si fata meis paterentur ducere vitam |
 Aen. 3. | Auspicijs, & sponte meâ componere curas: | Aen. 4.
 Ecl. 8. | Montibus hæc vestris, tantarum munera laudum | Aen. 8.
 Aen. 5. | Exequerer, strueremque suis altaria donis: |
 Aen. 11. | Coniugium optatum solemnesq; ordine pompas | Aen. 5.
 Aen. 3. | Ritè secundaret magni regnator Olympi. | Aen. 10
 Ecl. 10. | Nunc insanus amor, dulcesq; ante omnia Musæ, | Geor. 2.
 Geor. 2. | Quarum sacra fero famæ venientis amore, | Aen. 6.
 Aen. 10 | Impediūt, retrahitq; pedes Thymbraeus Apollo. | Geor. 4.
 Ecl. 4. | Pauca tamè, fretus citharâ fidibusq; canoris | Aen. 6.
 Aen. 10 | Fatidicæ Mantûs, genero dignisque hymenæis | Aen. 11
 Geor. 1. | Hinc canere incipiam; monumentum & pignus | Aen. 5.
 amoris.
 Aen. 5. | Ore fauete omnes, lætaque aduertite mentes. | Aen. 5.
 Aen. 3. | Nox erat, & terras animalia fessa per omnes | Aen. 8.
 Aen. 8. | Alituum pecudumq; genus sopor altus habebat. |
 Aen. 8. | At Venus ætherios inter Dea candida nimbos,
 Aen. 10 | (Haud ignara modi dextræ coniungere dextram | Aen. 8.
 Aen. 1. | Connubio, miroq; incensum pectus amore | Aen. 3.
 Aen. 12 | lam magis atque magis subiectis vrere flammis) | Aen. 2.
 Aen. 10 | Multa mouens animo dictis affatur Amorem | Aen. 10

HENRICI MEIBOMII

<i>Aen.</i> 1.	Nate, meæ vires, mea magna potentia solus	
<i>Aen.</i> 11	Et prædulce decus, qui tela Typhoëa temnis:	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Ad te confugio, & supplex tua numina posco.	
<i>Aen.</i> 1.	Sunt mihi bis septem præstati corpore nymphæ:	
<i>Aen.</i> 11	Harum vnam iuueni, quo non præstantior alter,	<i>Aen.</i> 6
<i>Aen.</i> 1.	Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.	
<i>Aen.</i> 4.	Mecum erit iste labor: nunc quâ ratione quod	<i>Aen.</i> 8.
	instat	
<i>Aen.</i> 4.	Confieri possit, paucis, aduerte, docebo.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Ecl.</i> 10.	Dum sedet, & mœstum Musâ solatur amorem,	<i>Aen.</i> 10
<i>Aen.</i> 4.	Atq; animum nunc huc celerem nunc diuidit illuc,	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 1.	Occultum inspires ignem, fallasque veneno.	
<i>Aen.</i> 1.	Sic Venus. At Veneris contra sic Filius orfus:	
<i>Aen.</i> 11	Hoc erat hoc votis, inquit, quod sæpè petiui:	
<i>Aen.</i> 5.	Nunc quoque mens eadem perstat mihi, pelle ti-	
	mores.	
<i>Aen.</i> 4.	Si modò, quod memoras, factû fortuna sequatur,	
<i>Ecl.</i> 8.	Vno eodemque igni, paribus se legibus ambæ,	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 6.	Concordes animæ hæc æterna in fœdera mittet.	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 12	Define iam tandem. simul hæc effatus, ab alto	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 9.	Aethere se mittit, spirantes dimouet auras,	
<i>Aen.</i> 12	Vestigatq; Virum, gressumque ad mœnia tendit.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 3.	Iamq; rubescebat stellis Aurora fugatis.	
<i>Aen.</i> 11	Est curuo anfractu vallis, accommoda fraudi,	
<i>Ecl.</i> 8.	Propter aquæ riuum, quam densis frondibus atrû	<i>Aen.</i> 11
<i>Aen.</i> 11.	Urget vtrinque latus, tenuis quâ semita ducit.	
<i>Aen.</i> 11.	Huc iuuenis notâ fertur regione viarum,	
<i>Aen.</i> 8.	Haud vatum ignarus, venturique inscius æui,	
<i>Aen.</i> 1.	Et canit errantem lunam, Solisque labores,	
<i>Aen.</i> 1.	Arcturum, pluuiasq; Hyadas, geminosq; Triones,	
<i>Geor.</i> 4	Quæ sint, quæ fuerint, quæ post vêtura trahantur:	
<i>Aen.</i> 6.	Iamq; eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.	
<i>Geor.</i> 4.	Haud mora, continuò media inter talia verba,	
<i>Aen.</i> 1.	Paret Amor dictis caræ genetricis, & alas	

Exuit

CENTONES VIRGILIANI.

<i>Aen.</i> 1.	Exiit, & gressu gaudens dat inania verba,	<i>Aen.</i> 10
<i>Aen.</i> 10	Dat sine mente sonos, fortunatusque laborum	<i>Aen.</i> 11
<i>Aen.</i> 7.	Pertentat sensus, atque ossibus implicat ignem.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 7.	At Iuuenis variâ confusus imagine rerum,	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 4	Multa gemens, magnoq; animû labefactus amore,	
<i>Aen.</i> 6.	Sic fatur: Dij nec hunc ardorem mētibus addunt.	<i>Aen.</i> 9.
<i>Ecl.</i> 8.	Nunc scio quid sit amor: nostri medicina furoris	<i>Aen.</i> 10
<i>Aen.</i> 7.	Insignis facies, & pulcro pectore Virgo:	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 2.	Sit comes, & longè seruet vestigia coniunx.	
<i>Aen.</i> 8.	Deuexo interea propio fit vesper olympos:	
<i>Aen.</i> 6	Continuò faciem mutatus & ora Cupido	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 6.	Itq; reditq; viam toties, nymphaeque sorores	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 11	Circuit, & quæ sit fortuna facillima tentat.	
<i>Aen.</i> 7.	Sola domum & tantas seruabat Filia sedes,	
<i>Aen.</i> 8.	Noctem addens operi, famulasq; ad lumina longo	
<i>Aen.</i> 8.	Exercet penso: cùm tandem tempore capto	<i>Aen.</i> 11
<i>Geor.</i> 3.	Aëra per tenerum foribus sese intulit altis	<i>Aen.</i> 11.
<i>Geor.</i> 3.	Durus Amor, facilesq; oculos fert omnia circum.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Geor.</i> 3.	Nec mora, nec requies: dum fuis mollia pensa	<i>Geor.</i> 4.
<i>Geor.</i> 4.	Deuoluunt, licito & tandem sermone fruuntur,	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 12	Spicula conuerso fugientia dirigit arcu:	
<i>Aen.</i> 9.	Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.	
<i>Aen.</i> 11	Conuertere animos acres. Pulcerrima primùm	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 12	Labitur exanguis miseræ calor ossa reliquit,	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 9.	Excussi manibus radij reuolutaque pensa.	
<i>Aen.</i> 4.	Interea tacitum vivit sub pectore vulnus.	
<i>Aen.</i> 12	Illum turbat amor figitque in Virgine vultus	
<i>Aen.</i> 1.	Spemq; metumque inter dubius. tum libera fati	<i>Aen.</i> 10
<i>Aen.</i> 6.	Noctes atque dies absentem auditque videtque:	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 8.	Cognatique patres, rebus iam rite paratis,	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 8.	Congressi iungunt dextras diuosq; precantur.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 5.	Iamq; dies, ni fallor, adest, populusq; patresq;	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 5.	Vndique conueniunt: puraque in veste sacerdos	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i> 4.	Inter sacrâ Deûm firmabit foedera dictis.	<i>Aen.</i> 12
		O for-

HENRICI MEIBOMII

<i>Aen. 1.</i>	O fortunati! non hæc sine numine Diuûm.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 12.</i>	Proueniunt. animo tristes deponite curas.	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Tuque prior, nam te maioribus ire per altum	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Auspicijs manifesta fides: tua maxima cura,	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Vulnus alit venis, & cœco carpitur igni.	
<i>Aen. 4.</i>	Coniugio tali, si quid pia numina possunt,	<i>Aen. 4.</i>
<i>Ecl. 5.</i>	Hæc tibi semper erunt: fato prudentia maior,	<i>Geor. 1.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Intemerata fides, & nescia fallere vita:	<i>Geor. 2.</i>
<i>Geor. 3.</i>	Optima quæque dies non vlli obnoxia curæ.	<i>Geor. 2.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Egregia interea coniunx, tua maxima cura,	<i>Geor. 4.</i>
<i>Geor. 4.</i>	Incumbet generis lapsi sarcire ruinas	
<i>Aen. 6.</i>	Felix prole virûm, dulces circum oscula nati.	<i>Geor. 2.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Hic pietatis honos! magni regnator Olympi	<i>Aen. 10.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Insignem pietate virum, iustissimus vnus,	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Prosequitur veniâ & verbis compellat amicis.	<i>Aen. 2.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Viuite felices, ô terq; quaterque beati	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 10.</i>	Egregij forma: nec multum discrepat ætas.	
<i>Aen. 3.</i>	Vobis parta quies, nullum maris æquor arādum,	
<i>Aen. 10.</i>	Quod votis optastis adest, timor omnis abesto,	<i>Aen. 11.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Durate, & vosmet rebus seruate secundis.	



PROPEMPTICON

AD

*Nobilissimum & consultissimum virum Dn. IOH AN-
NEM à BENEKENDORFF in VVardien,
&c. ex illustri ꝙ VLLIA acade-
miâ discedentem.*

<i>Aen. 4.</i>	D VM memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus,	
<i>Ecl. 1.</i>	Fronde super viridi, cithara fidibusque canoris	<i>Aen. 6.</i> Insu-

CENTONES VIRGILIANI.

<i>Aen. 6.</i>	Illustreis animas nostrumque in nomen ituras,	
<i>Aen. 6.</i>	Inuentas aut qui vitam excoluere per arteis	
<i>Aen. 6.</i>	Dicam equidem, nec te iuuenis memorāde filebo.	<i>Aen. 10</i>
<i>Aen. 1.</i>	Solue metus, nam te maioribus ire per altum	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 7.</i>	Auspicijs manifesta fides: sic fata Deūm rex	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Sortitur voluitque viceis & sidera cœli.	<i>Geor. 2.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Tu modò posce DEOS, aderitque vocatus Apollo:	<i>Aen. 3.</i>
<i>Ecl. 4.</i>	Terrāsque, tractūsque maris, habitūsque locorum,	<i>Geor. 2.</i>
<i>Geor. 4.</i>	Magnanimósque; Duces, totāsque ex ordine gentes	<i>Geor. 4.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Adspicies, feret hæc aliquam tibi fama salutem.	<i>Aen. 1.</i>
<i>Aen. 4.</i>	Degeneres animi, nil magnæ laudis egentes,	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Noctes atque dies læti conuiuia curant:	<i>Geor. 1.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Tum laqueis captare feras, & fallere visco.	
<i>Ecl. 10.</i>	Interea, quorum melior sententia menti,	<i>Aen. 2.</i>
<i>Ecl. 6.</i>	Aonas in montes vasto certamine tendunt:	<i>Aen. 12</i>
<i>Geor. 2.</i>	Exfilióque domos & dulcia limina mutant.	
<i>Geor. 2.</i>	O fortunatos nimium! sic itur ad astra:	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Hoc virtutis opus. fas extera quærere regna	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 11.</i>	Visendi studio, famamque extendere factis.	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito,	<i>Aen. 6</i>
<i>Aen. 6.</i>	Quâ tua te fortuna finet; modò vita supersit,	<i>Geor. 3.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Semper honos noménque, tuū laudésque manebunt.	<i>Ecl. 5.</i>



EIDYLLION VIRGILIANVM

AD

*Ornatissimum iuuenem, GEORGIVM à FECH-
T A, Hamburg. in patriam ex Juliâ ab-
euntem.*

<i>Aen. 5.</i>	Q uem fugis? aut quis te nostris complexibus	
	arcet,	
<i>Aen. 12</i>	O præstans animi iuuenis? cui mentem animumque;	<i>Aen. 6.</i>
	T	<i>Delius</i>

HENRICI MEIBOMII

<i>Aen. 6.</i>	Delius inspirat vates, aperitque futura.	
<i>Aen. 4.</i>	Mene fugis, tenuesque piget cognoscere curas?	<i>Geor. 1.</i>
<i>Aen. 6.</i>	Siste gradum, teque aspectu ne subtrahe nostro.	
<i>Aen. 3.</i>	Si qua fides, animum si veris implet Apollo,	
<i>Aen. 7.</i>	Hæc domus, hæc patria est: meritis vacat hic tibi solus	<i>Aen. 11</i>
<i>Aen. 11</i>	Fort unæque locus, quo, rebus ritè paratis,	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Ipse inter primos possis confidere portu.	<i>Aen. 3.</i>
<i>Aen. 3.</i>	Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti,	
<i>Aen. 3.</i>	Quamuis increpitent cari præcepta parentis.	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 11</i>	Sunt & opes nobis, & adhuc intacta iuventus.	
<i>Aen. 5.</i>	Magnanimi Heroës, soli cantare periti,	<i>Ecl. 10.</i>
<i>Aen. 1.</i>	Educunt fetus, quia sit diuinitus illis	<i>Geor. 1.</i>
<i>Geor. 1.</i>	Ingenium, & fato rerum prudentia maior.	
<i>Geor. 4</i>	Omnibus vna quies operum, labor omnib ⁹ vnus.	
<i>Aen. 5.</i>	Pro se quisque viri tendunt superare priorem.	
<i>Geor. 2.</i>	His animaduersis, hic inter flumina nota.	<i>Ecl. 1.</i>
<i>Ecl. 1.</i>	Et fontes sacros, susceptum perface munus:	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 11</i>	Egregiusq; animi, & laudis succensus amore,	<i>Aen. 7.</i>
<i>Ecl. 4.</i>	Aggredere ô magnos, aderit iam tempus, ho- nores.	
<i>Aen. 1.</i>	Omnia tuta vides. suspensam blanda vicissim	<i>Aen. 5.</i>
<i>Aen. 5</i>	Gaudia pertentant mentem: tibi magnus Apollo	<i>Aen. 9.</i>
<i>Aen. 9.</i>	Concedit laudem, & rex ætheris altus honorem.	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 2.</i>	Sed si tantus amor, si fert ita corde voluotas,	<i>Aen. 6.</i>
<i>Aen. 5.</i>	Ire ad conspectum cari genitoris & ora:	
<i>Ecl. 5.</i>	Sis bonus ô felixq; tuis, simul hæc animo hauri:	<i>Aen. 12</i>
<i>Aen. 9.</i>	RECTORES iuuenum & rerum ludumq; reuifes.	<i>Geor. 4.</i>
<i>Geor. 2.</i>	Nec tibi tam prudens quisquã persuadeat auctor	
<i>Aen. 4.</i>	Degere more feræ, tales nec tangere curas,	<i>Aen. 4.</i>
<i>Aen. 11</i>	Rumpe moras, vocat ingenti clamore Cithæron,	<i>Geor. 3.</i>
<i>Aen. 2.</i>	Noster eris, sunt hoc etiam sua præmia laudi.	<i>Aen. 1.</i>

CEN-



CENTO GRATVLATORIVS

A D

Doctissimum *Juuenem*, GEORGIVM VIETOR-
REM, Hassum, in acad. IVLIA *supremâ* Philo-
sophiæ laureâ ornatum.

<i>Aen.</i> 5.	A Nnuus exactis completur mensibus orbis,	
<i>Aen.</i> 5.	Ex quo relliquias, defunctaq; corpora vitâ	<i>Geor.</i> 4.
<i>Aen.</i> 5.	Condidimus terrâ. subitò nam tabida membris,	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 3.	Corrupto cœli tractu, miserandâque venit	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 3.	Pestis, & ira Deûm: pueri innuptæque puellæ,	
<i>Aen.</i> 6.	Matres atque viri (cuncti se scire fatentur)	<i>Aen.</i> II
<i>Aen.</i> 3.	Linquebant dulces animas, miserabile visu.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Geor.</i> 2.	His animaduersis, primæuo flore iuuentus	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 4.	Ardet abire fugâ, dulcesque relinquere terras.	
<i>Aen.</i> 4.	Migrantes cernas, totaque ex vrbe ruentes,	
<i>Geor.</i> 2.	Exfiliòque domos, & dulcia limina mutant.	
<i>Aen.</i> 7.	Continuò vates, quo non præstantior alter	<i>Aen.</i> 6.
<i>Ecl.</i> 5.	Montibus in nostris deductum dicere carmen,	<i>Ecl.</i> 6.
<i>Aen.</i> 9.	Vltrò animos tollit dictis atque increpar vltrò	
<i>Aen.</i> 10.	Multa mouens. quo deinde fugam, quò tenditis?	<i>Aen.</i> 9.
	inquit,	
<i>Aen.</i> 1.	O socij (neq; enim ignari sumus antè malorum)	
<i>Aen.</i> 1.	Durate & vosmet rebus seruate secundis.	
<i>Aen.</i> 3.	Fata viam inuenient moniti meliora sequamur.	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 5.	Nunc, si cui virtus, animusq; in corpore præsens,	
<i>Aen.</i> 6.	Inuentas, & qui vitam excoluere per artes,	
<i>Aen.</i> 5.	Cuncti adsint, meritæque exspectant præmia palmae.	
<i>Aen.</i> 8.	Tum lecti iuuenes, nec multū discrepat ætas,	<i>Aen.</i> 10
		Et

HENRICI MEIBOMII

<i>Ecl.</i> 7.	Et cantare pares, & respondere parati	
<i>Aen.</i> 5.	Vndiq; conueniunt: virtutem extendere factis	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 3.	Omnibus idem animus. sed non genus omnibus vnum.	<i>Aen.</i> 10
<i>Geor.</i> 3.	Nec mora, nec requies: cunctis ex more vocatis,	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 6.	Illustres animas rerum dedit esse magistros.	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 5.	Iamque adeò donati omnes, de more vetusto,	<i>Aen.</i> 11
<i>Aen.</i> 5.	Puniceis ibant euincti tempora tænis.	
<i>Aen.</i> 4.	Nunc iterū famæ meritò pars maxima nostræ	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 8.	Flos veterum virtusq; virūm, cui maxima rerum	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 9.	Verborumq; fides, & nescia fallere vita,	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 5.	Inuitat pretijs animos, & præmia ponit.	
<i>Aen.</i> 11	Primus ades donis & tantolætus honore.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 12	O præstans animi iuuenis: tum cætera pubes	<i>Aen.</i> 7.
<i>Aen.</i> 3.	Ergo instauramus morem ritusque sacrorum	<i>Aen.</i> 12
<i>Aen.</i>	Ordine cuncta suo: biforem dat tibia' cantum.	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 10.	Tot lecti proceres æque iuuenumq; Magistri,	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 5.	Multi præterea quos fama obscura recondit,	
<i>Aen.</i> 1.	Conueniunt, stratoque super discumbitur ostro.	
<i>Geor.</i> 1.	Mutuaque inter se, perfectis ordine votis,	<i>Aen.</i> 3.
<i>Aen.</i> 2.	Porticibus longis læti conuiuia curant.	
<i>Aen.</i> 8.	Has ex more dapes solemnæque ordine pompas	<i>Aen.</i> 5.
<i>Aen.</i> 8.	Seruati facimus tot iam labentibus annis.	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 4.	Egregiam verò laudem, tuaque optima facta,	<i>Aen.</i> 10
<i>Aen.</i> 10	Non equidem, nec te iuuenis memorande filebo.	
<i>Aen.</i> 1.	Perge modò, & quâ te ducit via dirige gressum	
<i>Ecl.</i> 6.	Aonas in môtēs. primâ hanc tibi magnus Apollo	<i>Aen.</i> 9.
<i>Aen.</i> 9.	Concedit laudem, & magna inter præmia ducit.	
<i>Ecl.</i> 4.	Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas,	
<i>Ecl.</i> 5.	Tu decus omne tuis, famâ super æthera notus.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 9.	At tu magne pater, superi regnator Olympi,	<i>Aen.</i> 2.
<i>Aen.</i> 2.	Da deinde auxiliū & propiūs res adspice nostras.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 2.	Hanc primum tutare domum, sanctūq; senatum.	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 11	Nulla salus bello pacem te poscimus omnes.	

Quas-

CENTONES VIRGILIANI.

<i>Aen.</i> 1.	Quassatam liceat ventis subducere classem.	
<i>Geor.</i> 4.	Si verò tristi languebunt corpora morbo,	<i>Geor.</i> 3.
<i>Aen.</i> 3.	Corrupto cœli tractu, compesce priusquam	
<i>Geor.</i> 3.	Dira per incautum serpent contagia vulgus.	



PSALMVS CXXIIX.

<i>Geor.</i> 2.	F elix, qui potuit, per tot discrimina rerum,	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 12.		Nomen virtutis, & sancta oracula Diuûm
<i>Aen.</i> 2.	Certa sequi, magnisque agitatur sub legibus æuum.	<i>Geor.</i> 4.
<i>Ecl.</i> 4.	Cara Deum soboles, quoniam pati labores	<i>Aen.</i> 12.
<i>Aen.</i> 8.	Noctem addens operi! sed non sine numine Diuûm	<i>Aen.</i> 6.
<i>Geor.</i> 2.	Fundet humo facilem victum iustissima tellus.	
<i>Ecl.</i> 10.	Interea longum cantu solata laborem	<i>Geor.</i> 1.
<i>Geor.</i> 1.	Arguto coniunx percurrit pectine telas	
<i>Aen.</i> 6.	Felix prole virum: dulces circum oscula nati.	<i>Geor.</i> 2.
<i>Aen.</i> 1.	Hic pietatis honos! rex omnipotentis Olympi	<i>Aen.</i> 12.
<i>Aen.</i> 1.	Insignem pietate virum miseratus amanter	<i>Aen.</i> 4.
<i>Aen.</i> 11.	Prosequitur veniam, & superum iam signat honore.	<i>Aen.</i> 6.
<i>Aen.</i> 4.	Felix o nimium felix! ingentia cernes	<i>Aen.</i> 1.
<i>Aen.</i> 1.	Mœnia, casuras & nullis ignibus arces.	<i>Aen.</i> 8.
<i>Aen.</i> 1.	Aspera tum positae mitescent sæcula bellis:	
<i>Aen.</i> 3.	Et nati natorum, & qui nascentur ab illis,	
<i>Aen.</i> 5.	Accipient requiem pugnae rebusque salutem.	<i>Aen.</i> 12.

FINIS.

T 3

EMEN.



EMENDANDA.

B. 2. facie 1. lege Nec tibi tam prudens quisquam. facie 2. lege ignauia venit.. C. 1. facie 2. lege multâ cum luce cucurrit. D. 2. facie 2. lege Ingentem quercum decisit. E. 3. f. 2. pro Pelagio papa, lege Gelasio. Is enim in concilio Romæ habito inter cætera apocrypha & à Catholicis vitanda scripta hoc pœma numerat. Nominat autem, Centimetrum de Christo Virgilianis versibus compaginatum. Vide Decr. Gratiani parte 1. Dist. XV. cap. Sancta Romana F. 2. facie lege subtegmina, unâ voce. F. 3. facie 2. lege Fescenninos. F. 4. f. 1. lege Iuuenalis. H. 1 f. 1. lege diuosq; in vota vocauit. H. 2. facie 1. lege prata recentiaris. H. 2. f. lege ad sydera iactant. K. 3. f. lege redimitus tempora lauro. O. 4. f. 2. Bellaque iam famâ. Reliqua in distinctionibus & orthographiâ commissa errata, ut & in numeris, lector beneuolus corrigat ipse.




37 $\frac{4}{h,8}$

ULB Halle
005 305 985

3







IO-CENTONES

auctorum

optimæ, antiquorum & recentium

FALCONIAE HORTINAE:

AVSONII, BURDIGAL:

APILVPI MANTVANI:

ILVPI MANTVANI:

ditiones Italicas, Gallicas & Germa-

uò accuratè recogniti & no-

tis illustrati

operâ & studio

Meibomii VVestphali.

eiusdem Meibomij Centones aliquot

vno libro comprehensi.



ELMAESTADII

bat Iacobus Lucius, Anno

M. D. XCVII.

